









1743.

- 1<sup>o</sup> et<sup>o</sup> Brunius, Charles Adalbertus : De usus fructus parentum in bonis literarum tam de jure Romano quam Germanico genuis fundamento. 2 Scapl.
2. Brokes, Henricus : Programme premissum : De jure postlimii hostibus dicto et in patrum redunti non competente, cum ... professionem juris arti denunciatam ... aggrederetur
3. Buderus, Christianus Gottlieb : De communio Imperiali in causis fidelitatis
4. Buderus, Christianus Gottlieb : De factis iuri, detinoris
5. Buderus, Christianus Gottlieb : De iudicis modis in causis populorum Septembrianorum et Germaniarum.
6. Budus, Christianus Gottlieb, prosecutus fac. iur. Lencens : De verbi : Reich terrulis adscripti significatione / sub que hoc argumento ad nos invenerat ... Iacques Christ. Friedmann Hummelii ... invitatus.

1743.

7. Dietmarus, Dr. Wilhelms: *De jure pedaneo*.  
fist Engen, Dr. Reichenb. *De honorificis sanctorum  
jubibus* 2 Sept. 1743.
9. Heimburgius, Dr. Corp, Fac. iur. endecanus: *De iuris  
dictione in usum nonum investitam jure locum  
co competente*? *Programma, dissertationi in ang.  
Christoph Gott. Ludw. Boecklen* . . . praemissum
10. Heimburgius, Dr. Corp: *Programma, De jure appella-  
tiorum post introductionem desertae*? ; *disses-  
tationi in ang. Matth. Christoph Gott. Boecklenis*  
. . . praemissum.
11. Heimburgius, Dr. Corp: *De iuri communis et Germa-  
niis differentiis in doctrina de fideicommissis*.
12. Heimburgius, Dr. Corp: *Programma, De compone-  
re iuri ligandi*? *Dissertationi in ang. Dr.  
nasti Schroeteri* . . . praemissum.

1743-

13<sup>a</sup> =<sup>b</sup> Hufeld, Jo. Augustus: *N. hypotheca nobilitatis*  
25 Sept. 1743 i 1759

14. Lücker, Gottlieb Friedemann: *N. libato Comitis Pal-*  
*tinis Saxonie in litteris Friderici et Amoris*

15 Schubertus, Joannes Ernestus: *N. gradibus prohibitio-*  
*recundam jus naturae.*

1744.

1. Brokes, Hinrichs: *N. austriacis Serenissimorum*  
*Hannise Landgraviorum.*

2. Brueckmeyer, Gotthardus Christianus: *Ad 1.7 pr. I.*  
*Ab Iolo malo panca commentatur, . . . Tractatus*  
*Georgis Tries . . . , quam demandatae ubi pro-*  
*fessoris ~~perpetuatus~~ manus . . . auspicaretur, fusta*  
*quaevis ad precatum.*



1744.

3. Schen, Ezechiel : Ecclesia collegata episcopalis  
Limburgensi in circulo Francoico prope Halam  
Incoronata.

Q. 244

KOB  
UN  
ZV

Pri. 30. Part. 6.

DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> IVRIDICA

DE

VSVSFRVCTVS PARENTVM  
IN BONIS LIBERORVM

TAM DE IVRE ROMANO  
QVAM GERMANICO GENVINO  
FVNDAMENTO

QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIP<sup>E</sup> AC DOMINO  
DOMINO

ERNESTO AVGVSTO  
DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE  
ET WESTPHALIAE RELIQVA

SVMMO TOTIVS CAESAREI EQVITATVS PRAEFECTO  
ITIDEM EQUESTRIS PARITER ATQVE PEDESTRIS LEGIONIS  
•TRIBVNO CAESAREO  
DOMINO NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO

P. 241.  
EX CONSENSV  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
PRAE<sup>E</sup>SIDE  
CAROLO ADOLPHO BRAVNIO  
I. V. D.

ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIT  
AVCTOR ET RESPONDENS  
CASPAR GEORGIVS NEVENDAHL  
EQVES MEGAPOLITANVS

AD DIFM MENS. APRILIS AN. MDCCXLIII.

IENAE LITTERIS IO. FRIDERICI RITTERI



DISSESTITATIO IURIDICA

de

ASSESSRACTAS PARENTA  
IN RONIS LIBERORUM

TVM DE IURR ROMAN  
GAVM GERMANICO GENAVNO  
PANAMENTO

RECCTORE MAGNIFICEN TISSIMO  
TRENSISIMO PRINCIPALE AC DOMINO  
DOMINO

ERNESTO AGASTO

DUCE SAXONIE LAVACI CLAVAE MONITIA ANGRIVIAE  
ET WESTPHALIAE REFLIDA  
SAMMO TOTIAS ALZARIA TOLITATAS LVRATIETATIS  
TITIANUS DUCATIUS TARRITIS ADOLE DUCATIUS EGO  
DOMINO NOSTRO LONGE GERMANIENSIMO

ex conserua

ILLUSTRISSICCTORUM ODINIS

L V A D

PRUDITIONVM EXAMINI SEQUIT

ANATOR

ANATOR


CASPAR GEORGIAE LEVENTHAL

1647. M. J. G. L.

ANNO. MECZ. APRILIS. AN. MDCCXVII.

LINEE LITTERIS IO. FRIDERICI RITTELI





## P A R S I.

DE

V S V S F R V C T V S P A R E N T V M  
I N B O N I S L I B E R O R V M A D V E N T I -  
T I I S G E N V I N O F V N D A M E N T O S E C V N -  
D V M I V R A R O M A N A .

---

### C A P . I.

DE

V S V F R V C T V I N G E N E R E E T D I -  
V E R S I S E I V S D E M C A V S S I S .

---

#### §. I.

  
V N Q V A M eorum steti a parti-  
bus , qui taediosis ambagibus  
praemisis , vix tantum in ope-  
ris tractu exhibent , quantum  
in rubro polliciti fuere ; Non  
itaque iniquum iudico , si verbosioribus praefami-

A

faminibus neglectis, me statim ad definitio-  
nem vsusfructus accingam a). Describitur  
ille, definitur dicere nolo, in pr. I. de *Vsufru-  
ctu*, et L. II. D. de *Vsufructu et quemadmodum*  
*quis utatur fruatur*, hisce verbis: *Vsusfru-  
ctus est ius, alienis rebus utendi fruendi,*  
*salua rerum substantia.* b) Sed si vera dicere  
liceat, adeo curata haec descriptio non est,  
variisque vitiis, vulgo ICtorum definitioni-  
bus adhaerentibus laborat. Quum enim  
vsus necessitate circumscribatur, fruitio vero  
non modo necessitatem sed et omnem utili-  
tatem, voluptatemque sub se comprehen-  
dat c); Nemo non videbit, illam utendi vo-  
cem in descriptione superfluam esse; dum d)  
frui et necessitatem et utilitatem et volunta-  
tem iam exprimat d). Et si omnia iis con-  
cesserim, qui sub tegmine definitionum lega-  
lium se tutos ab ICtorum insultibus credunt  
omnibus: hanc tamen definitionem adaequa-  
tam esse, eis dare vereor. Quid enim im-  
pedit, quominus conductorem aedium, aut  
prædii rustici sub eadem pro Vsufructuario  
sumamus? Vsufructarius secundum eam  
iure in genere utitur: idem conductori ne-  
gan-

gandum non est. *Vsfufructuarius rebus vtitur fruitur alienis*: Nec hoc conductori rerum deest *e*). *Vsfufructuarius ita rebus vtitrui debet*, vt salua earum maneat substantia: et hoc incumbit conductori *f*). Quid igitur superest, quod nostra ex definitione ad conductorem applicari nequeat? quum tamen insignis inter *Vsfufructuarium* et *Conductorem* intercedat differentia. *Vsfufructuarius enim iure reali g*). Conductor tantum personali est instructus *h*). *Vsfufructuarius regulariter ad vitae tempus vtitur fruitur*, ejusque ius morte exspirat *i*); Conductor vero vsque ad id, quod in contractu definitum est *k*). *Vsfufructuarius soluere tenetur onera rei inhaerentia l*); Non vero Conductor, et si hic soluerit, repetere potest ea a Locatore *m*). Et quae sunt alia *n*). Sunt et alii, ad quos, licet tantum iure personali vtantur, haec descriptio citra artificium applicari potest; sed ne patientia Benevoli Lectoris in hac materia, quae tantummodo praeclarissimis est, abutar, haec, quae iam necessitate adactus dixi, sufficient.

A 2

a) Non

4 CAP. I. DE VSVFRVCTV IN GENERE

- a) Non vero mihi hic sermo est de Vsufructu caussali,  
qui iure dominii domino competit. De quo vid.  
L. XXI. §. 3. D. de Exceptione Rei iudicatae et L. V. D.  
*si vſuſfructus petatur.* Sed hic is mihi vſuſfructus  
erit definiendus, qui iure seruitutis competit.
- b) Aliqualem explicationem huius descriptionis inuenies  
apud THEOPHILVM in Paraphras. Inst. de Vſuſfructu;  
pleniorem vero dat FRANCISC. HOTTO MANNVS in  
*Quæſt. Illuſtr. c. XXII.*
- c) Ita inquit SENECA de vita Beat. cap. X. Tom. I. p. 538.  
Edit. LIPSII, Amstelod. 1672. *Tu voluptate frueris;*  
*ego vtor.* Ad quae LIPSIUS: *Eo diſcrimine Florus*  
*L. II. de Hannibale poſt Cannensem pagnam:* *Cum victoria*  
*poſſet vti, frui maluit, reliqua Roma Campaniam Ta-*  
*rentumque peragrare.* AVGVSTINVS de doctrina Chri-  
ſtiana cap. III. *Deo nos frui, aliis vti, ſcribit.*
- d) Quid autem ad L. V. §. II. D. *Vſuſfruct. quemadmodum*  
*caueat?* Vbi VLPIANVS: *Ergo etſi vſuſfructus ſine*  
*vſu obtigerit, ſtipulatio locum habebit.* Ergo ſub fru-  
ctu inquieris vſus non comprehendit. Sed si paullo  
altius mentem huius Legis reperas, videbis Legem ita  
effe accipiemad: *Poſſe fructum huic, illi vſum*  
*competeſſe, tunc fructuario ſolummodo de fructu ca-*  
*nendum effe, hoc eſt, de fructibus ad vtilitatem et*  
*voluptatem, et ad neceſſitatem in tantum, in quantum*  
*ex vſu ſupereſſe.* Neutiquam itaque fructus vſum non  
comprehendit, vt potius ſub fructu vſus ſemper in-  
telligatur. Quorūm collimant verba VLPIANI in  
L. XIV. §. 1. D. de Vſu et habitatione: *Vſuſfructus, an*  
*fructus legetur, nibil intereffet, nam fructui et Vſuſ ſineſſet;*  
*Vſuſ fructus deeffet. Et fructus quidem ſine vſu effe non*  
*poteſſet, Vſuſ ſine fructu poteſſet.*
- e) Nam Conductor rerum, vtilitates rei alienae percipit  
arg.

arg. L. XV. §. I. Locati *Conducti*, conf. L. VI. C. de *Locato Conducto*, ut alias leges, Lippis et tonsoribus notas taceam.

- f) L. III. C. de *Locato Conducto*: Ibi enim et *Conductorem* expellere permittitur, si in re locata male versetur. Ergo et salua manente substantia re locata vtitur.
- g) Nam servitus personalis est, servitus vero ius in re trahit, quemadmodum sequenti sum demonstratus.
- h) Quapropter etiam in L. IX. C. de *Locato Conducto* deciditur: Emptorem non teneri stare Colono, cui prior Dominus locauit.
- i) L. XVI. pr. C. de *Vsufuctu*. In L. III. C. de *Vsufuctu* etc. dicitur: Si patri tuo *Vsusfructus legatus* est, defuncto eo nihil ad te pertinet, cum morte eius, cui fuerat legatus, vel alio modo acquisitus, ad proprietatem regredi solet.
- k) Per L. III. C. de *Locato Conducto*. Obstat quidem, videtur L. XXXIII. C. eod. quae ita sonat: Εκατέων οἱ διαδέξις, ἐπιστρέπη καὶ τὰ μισθωτάντι καὶ τῷ μισθωταμένῳ ἔχεναι ἐντὸς ἐναυτυλίεν τὴν μισθωσιν καὶ ἐν Ἰταλίᾳ καὶ τῷ πατόσαις ταῖς ἑταρχίαις, καὶ μὴ διδόναι τρόπισμον ὡς ἐν παραβασίαις, εἰ μὴ ἀπὸ ἐν δέκῃ τῇ συναλλάγματος ἀπεταξαντο τῷ τοβίτᾳ συμφώνῳ ή αὔραθωσε πᾶσιν. Qui textus ex versione LEVNCLAVII XX. Eccloga I. c. XCIII. latine ita sonat: *Haec Constitutione permitit utriques, tam locatori quam Conductori, ut liceat intra annum conductionem soluere, tam in Italia, quam in omnibus provinciis, ac ne poenam velut ex transgressione praestare, nisi contractus initio specialiter huic legi valedixerint, aut circa scripturam renunciauerint. Sed quid amplius? Iam ante me BACHOVIVS ad TREVTLERVM Vol. II. Disp. II. Thes. I. Lit. G. in fine adnotauit, spuriam esse hanc constitutionem, et nulla ratione de-*

fendendam. Evidem quod facile crediderim cum tantum a CVIACIO. LXXX. ob. XXXI. ex Basilicis restituta sit.

- 1) L. VII. §. 2. D. de *Vsufructu*, et *quemadmodum*. etc.  
 2) MEVIUS P. II. Decis. 222.  
 3) Inuenit quidem et haec definitio suos defensores, inter quos est HVERVS in Praelectionibus ad Tit. J. de *vusufructu*. §. I. p. m. 127. Vinnium secutus. Totum eius argumentum in eo positum est, quod haec definitio aliam rem non plene exprimat; Sed et hoc ad inculpandam definitionem non requiritur; Statim enim vitiosa ex regulis logices est, simul ac omnes eius characteres aliis rebus applicari possunt. Vid. virum Ceileberrimum IOANNEM PETRVM REYSCHEM in Systemate Logices. §. CCLXXVII. quo, quibus nostrae Academiae salus curae est, gloriamur omnes.

## §. II.

Priusquam autem definitionem ipsam aggredior, varia mihi antea erunt declaranda, quid scilicet sit seruitus, quae personalis dicatur, quinam sint fructus ordinarii? Sed paucis. Servitus est ius in re, ex re aliena utilitatem percipiendi. Si res a) seruit personae, dicitur servitus personalis b); et realibus seruitutibus opponitur, in quibus praedium praedio seruit. Tandem superest, ut fructus ordinarios describam: Fructus autem, propter quos res regulariter comparata est,

est, ordinarii dicuntur, reliqui extraordina-  
rii audiunt omnes. Iam sequentem defini-  
tionem de Vſuſructu diſtinctius penetrabis.  
Mea itaque ex ſententia Vſuſructus eſt fer-  
uitus personalis *c*) in perceptione fructuum  
ordinariorum conſistens *d*). Praemissa hac  
definizione variae theſes generales concludi  
poſſunt (axiomata ad uitandum ſcandalum  
dicere nolo,) ex quibus deinde facili nego-  
tio ſequentia poſſunt probari. Quum vero  
Vſuſructus per feruitutem definiatur, et fer-  
uitus ius in rem tribuat *e*), conſequens eſt:  
Vſuſructuario idem tribuendum eſſe. Sed  
feruitus personalis eſt ? Hoc nobis anſam  
concludendi praebet, vſumfructum cum per-  
ſona cohaerere, et vna cum perſona exſpira-  
re *f*), atque tamdiu durare ac Vſuſructarius  
ipſe *g*). Fructus ordinarii in genere requi-  
runtur in definitione; Quid tibi exinde erit  
concludendum ? Fructus ordinarii ita ſunt  
comparati, vt vel ad necessitatē ſolummo-  
do faciant, vel vtilitati voluptatique ſimul  
inſeruant *h*); vtramque ſpeciem Vſuſructus  
complectitur *i*). Ex eodem tandem  
fundamento eliciendum erit, nullos fructus,

pro-

propter quos res non est comparata, ad vſu-fructuarium regulariter spectare. k)

- a) Non sine ratione *res* posui, praedium dicere nolens, quum interdum et in vestimento vſusfructus constat. vid. HYBER. ad Tit. J. de *Vſufructu*. §. VII.
- b) MANZIUS ad Tit. J. de *Vſufructu*. N.V.
- c) Quo refertur in L. II. ff. de *servitutibus*.
- d) Haut absque fundamento in definitione fructus tantum ordinarios admisi, quum nec thesaurus in fructu sit. L. VII. §. XII. ff. *soluto matrimonio* dos etc. Nec partus ancillae L. LXVIII. pr. ff. de *Vſufructu et quemadmodum*. L. XXVIII. §. I. ff. de *Vſuris et Fructibus*.
- e) Ita enim iam supra seruitutem definiui, quod scilicet fit ius in re.
- f) §. III. J. de *Vſufructu*. L. XVI. pr. §. I. seqq. C. de *Vſufructu*. L. III. C. eod. vid. quae supra ad §. I. not. a. dixi verbis legalibus.
- g) Sed inquies: Persona mystica, vti ciuitas, non moritur; ergo nunquam desinet vſusfructus? Contrarium tamen dubio caret per L. LVI. ff. de *Vſufructu*; vbi elapsis centum annis, vſusfructus, ciuitati concessus exspirare dicitur? Ad haec cum Imperatore respondeo §. I. J. de *Vſufructu*: Ne in *Vniuersum inutiles effsent proprietates, semper abcedente vſufructu placuit certis modis extingui vſumfructum, et ad proprietatem reverti*. Exceptio itaque hic a regula est facienda.
- b) Nam in L. VII. pr. et per tot. L. IX. D. de *Vſufructu et quemadmodum* etc. omnis species fructuum ordinariorum *Vſufructuario* tribuitur.
- i) In hoc distinguitur *Vſusfructus* ab *vſu*; *Vſus* enim tantummodo fructus continet, qui necessitati sufficiunt §. I. J. de *Vſu et habitatione*; quinimo ab *habitatione*,

tatione, quae in sola inhabitatione consistit. vid. adnotationem praecedentem et supra §. I. not. c.

*k)* Vid. supra hoc ipso §pho definitionem de fructibus ordinariis, ibique adiectam not. c.

### §. III.

Quum autem ab origine nobis haec doctrina sit repetenda, operaे sane pretium erit, in praecipuos vſusfructus fontes curatius inquirere *a*). Supra iam deduxi, vſumfructum seruitutem esse *b*); Seruitus autem est ius in re, vtilitatem ex re aliena percipienti *c*). Quotuplici itaque modo iura in alterum transferuntur realia, totuplici etiam modo et seruitutes, ac per consequentiam vſusfructus. Iam in vulgus notum est, omnia iura realia, vel lege, vel factō hominis alicui contingere *d*); Ille vſusfructus legalis audit *e*). Homo autem, qui ius reale alteri concedit, vel Iudex est, vel priuatus; Idem de vſufructu affirmare nullus dubito. Priuati vero vel pactis et conuentionibus, accidente traditione id efficiunt *f*); vel per modum ultimae voluntatis *g*); vel cessione in iure facta *h*); Quis dubitat igitur vſumfructum iisdem modis oriri? Habes itaque omnes

B modos

modos possibiles, quibus Vsusfructus constitui potest. Quam ob rem, licet nobis tantummodo de vna specie vsusfructus legalis in hoc opello sermo sit, infructuosum tamen non puto, si omnes species vsusfructus legalis paullo industrius sub incudem reuoemus. Boni ordinis conseruandi gratia de paterno vsufructu vltimo loco mihi erit dicendum.

- a) Omnes modos constituendi vsumfructum exhibuit HVBERVS in Praelectione, ad ff. ad Lib. VII. Tit. I. §. 4. et 5. sed admodum angustis limitibus suam tractationem circumscriptis.
- b) §. II. hoc cap. et in not. subiecta c.
- c) cit. §. II. supra.
- d) Si rem penitus inspicere tibi placet, duo tantummodo modi possibiles occurront, quibus ius reale in aliquem deuenire potest. Aut enim quis immediate legis beneficio ius in rem quandam nanciscitur, quemadmodum in Successione ab intestato exemplum occurrit; Aut mediate ex lege, facto nimirum hominis interueniente, tale ius nobis obvenit, vt in plerisque seruitutibus.
- e) Est itaque vsusfructus legalis, quem lex immediate certae personae tribuit. Exemplum talis vsusfructus deprehenditur in AVTH. Praeterea C. unde vir et uxoris coniugi superstiti pauperi tribuitur, de quo §. sequenti agendum erit.
- f) Sola enim permisso non vbius sufficit, nisi quasi traditio accedit. Idem in Vusufructu obseruandum est,

*si stipu-*

si stipulatione interueniente contingat. Adeas ea-  
propter L. III. D. de *Vfusfructu et quemadmodum quis*  
*vtatur fruatur.*

g) Ita per modum legati transferri potest, praeprimis, si  
aditio hereditatis accedat. vid. L. un. §. II. D. *Quando*  
*dies vesusfructus legati cedat.*

b) *VLPIANVS* in fragmentis Tit. XIX. §. IX. seqq. *In*  
*iure cesso quoque communis alienatio est, et mancipi*  
*rerum, et nec mancipi, quae fit per tres personas, in*  
*iure cedentes, vindicantes, addicentes. In iure ce-*  
*dit Dominus, vindicat is, cui ceditur, addicit Praetor.*  
*In iure cedi etiam res incorporales possunt, velut*  
*vesusfructus, etc. Ritum ipsum cessionis legas apud*  
*ILLUSTR. HEINECCIVM in Antiquitatibus Romanis Lib. II.*  
*Tit I. §. XXIII.*

#### §. IV.

Audiuimus omnem legalem vsumfructum  
a lege certis personis adsignari a); In arbit-  
rio itaque Legislatoris positum fuit, cuinam  
personarum eum collatum voluerit. Primo  
nobis occurrit Dispositio, qua leges inopiae  
coniugum superstitem consulere volue-  
runt b). Quapropter in praecedente para-  
grapho nota e. citata AVTHENTICA disposi-  
tum erat, coniugem superstitem pauperem  
cum liberis eiusdem matrimonii extantibus,  
si tres aut pauciores sint, in quartam iure  
vesusfructus, si plures, in portionem virilem

B 2

succe-

succedere debere; Si vero liberi nulli supersint, et coniux cum cognatis concurrat, pleno iure quartam capere *c*). Ante omnia autem nobis considerandum erit, quaenam coniux pauper dicenda sit? Ea vero pauper est, quae tempore mortis alterius coniugis tantum non habet, quantum ad alimenta sibi suoque statui conuenientia sufficit. His praemissis difficile tibi amplius non erit, sequentes propositiones de hoc usufructu concludere. Quum enim AVTHENTICA citata de coniuge in genere loquatur, consequitur, hanc dispositionem tam ad vxorem quam ad maritum spectare *d*). Deinde etiam deriuari potest, vxori hunc usumfructum competere, si dote quidem, sed non adeo lauta instrueta est, ut sufficientia alimenta inde capere queat, aliis bonis substituta *e*). Porro hoc beneficio vxorem non vti censeo, si dote larga, ast ad patrem reuersura, utatur, aut patrem satis opulentum adhuc in viuis habeat *f*). Neque hanc coniugis successionem in usufructu diuitiae superuenientes impediunt; tempus enim mortis respiciendum erat *g*). Tandem-

demque exinde, quod coniugum beneficium sit, ratio peti potest, cur ante matrimonium consummatum haut competit b). Haec de Vſufructu legali coniugis pauperis ſufficient, et ad aliam ſpeciem vſuſructus legalis no-  
bis iam erit tranſeundum.

- a) vid. ſupra §. III. not. e.
- b) AVTH. Praeterea C. *Vnde vir et Vxor.* Quae ex NOVELLA CXVII. cap. V. deſumita eſt.
- c) BVLGARVS quidem olim defendit, in hoc caſu mu-  
lierem cognatos excludere, ſed verba citatae AV-  
THENTICAE Praeterea C. *vnde vir et vxor,* in fine  
huic ſententiae obſtant. Quapropter etiam RIT-  
TERSHVSIUS ad NOVELLAS Part. VII. cap. XVII.  
num. XII. pag. 432. matri portionem virilem pleno  
iure tribuit, BARTOLVM et IOANNEM FABRVM  
ſecutus.
- d) Crediderunt quidam, huic diſpoſitioni iuriſ deroga-  
tum eſſe per NOV. LIII. cap. VI. Sed intentio NO-  
VELLAE ultra caſum extendi nequit, ſi maritus vxo-  
rem indigne et ſine cauſa expulit. Vide KOHLIVM  
Tr. de ſuſceſſione coniugum, Parte poſteriori n. LXX.  
LXXI. et LXXX.
- e) BACHOVIVS ad TREVTLERV M Vol. II. Disp. XVI.  
thef. VI. Lit. D. ad verba: *Locus etiam eſt,* pag. 554.
- f) vid. KOHLIVM de *Suſceſſione coniugum* Part. II.  
num. XX. et XXI.
- g) HILLIGERVS ad DONELLVM L. IX. cap. I. Lit. O.  
pag. 763.
- h) RICHTER ad AVTHENTICAM Praeterea C. *Vnde vir  
et vxor* num. VIII. et seqq.

## §. V.

Praescriptione quidem longi temporis  
vſusfructus acquiritur *a*), vtrum vero ad spe-  
cies Vſusfructus legalis referendus sit, adhuc  
dubito; Quum vero nostrum non sit, dubie-  
tatem hanc hoc loco sub lydium lapidem  
reuocare, ad aliam speciem vſusfructus lega-  
lis me potius conuento *b*). Leges ibi Con-  
iugibus ad secunda vota transeuntibus, in  
bonis quaे ex amore praeſumto prioris con-  
iugis, et liberorum prioris matrimonii ac-  
ceperunt, vſumfructum tantum adſignarunt.  
Haecce poena fundata eft in odio erga fe-  
cundas nuptias, quod nec Romanam rem-  
publicam intactam reliquit; Omnem enim  
vxores, ad secundos amplexus viriles acce-  
dentes, amore erga priorem maritum depo-  
ſuisse, non sine ratione credebant Romani *c*).  
Cessante itaque amore coniugali aduersus  
maritum, haut inique beneficia amoris ergo  
collata cessare statuebant. Perinde in bonis  
a marito acceptis, vtpote donatione propter  
nuptias *d*), ſponsalitia largitate, donatione  
tam mortis cauſa, quam inter viuos *e*), le-  
gatis et ſimilibus, retento ſolummodo vſu-  
fructu,

fructu, proprietatem mulier secundo nubens amittit, bonis iisdem aequaliter inter liberos distributis f). Idem valet, quod bona, a liberis prioris matrimonii accepta attinet, si forte vni liberorum defuncto successerit, aliis nimirum adhuc liberis superstibus; Nam et in his bonis odia in secunda matrimonia, et iniuria, quae exinde liberis illata censetur, matri omne ius praeter vsumfructum adimunt g). Noli tamen hanc thesin ad illum casum extendere, si liberi in secundas nuptias consenserunt, aut suo iuri per testamentum matre instituta conditum renunciarunt; Ibi enim vxor ut alius heres, plenum ius consequitur b).

- a) De hoc Vsfufructu quaedam egit HVBERVUS in Praelection. ad D. Lib. VII. Tit. I. §. IV. n. I.
- b) Sedes huius Vsfufructus exstat in L. III. C. de secundis Nuptiis.
- c) Satis hoc odium aduersus secundas nuptias patet ex NOVELLA XXII. cap. XL. et cap. XLII. Vbi in priori capite in malam partem vxori vertitur, et amoris prioris mariti oblitera creditur mulier, altera vice masculos affectans amplexus; Altero vero in capite is a sacerdotio arceatur, qui aliam, ac virginem duxit. Plures Doctores allegatos inuenies, apud IOHANNEM HARPRECHTVM in Commentar. ad Institut. Lib. II. Tit. IV. §. I. num. XLVIII, Tom. II. pag. 410.

d) In


- d) In donatione propter nuptias, etiam si alius pro viro deserit, deserit eam proprietas, vt verba AVTHENTICA in donatione C. de secundis Nuptiis, sonant. vid. NOV. XXII. cap. XXIII.
- e) Vid. HARPRECHT cit. loc. num. XLVII.
- f) L. III. C. de secundis Nuptiis. Matri quidem concession erat, bona inter liberos pro arbitrio distribuere, sed hoc in AVTHENTICA Lucrum C. Eod. iterum correctum, dispositumque, vt inter Liberos bona aequa lance dividantur.
- g) L. III. §. I. C. de secundis Nuptiis.
- h) AVTHENTICA ex testamento C. Eod.

## §. VI.

Nonne autem Vsumfructum, quem maritus in bonis dotalibus percipit, etiam ad species vsusfructus legalis referre poteris? Marito enim videmus vsumfructum ex re dotali competere. Quum vero maritus in re dotali ciuale acquirat dominium a); Vsusfructus autem sit seruitus b); Seruitus vero ius in re aliena comprehendere debeat c), luce meridiana clarius appetet, maritum dominii, non vero vsusfructus iure, prouentus ex re dotali percipere, nisi id forte vsumfructum causalem appellare malis d). His, quantum ad illustrandam nostram materiam attinet, speciebus Vsusfructus legalis, confi-

consideratis, tempus nos ad tractationem ipsam nostrae theses vocat, ad usumfrumentum scilicet legalem parentum, imprimis paternum, quo iure et in quantum ei competit, cui tractationi secundum dissertationis nostrae caput destinauimus; Quaestione, utrum matri competit, nec ne? usque ad tertium huius Partis caput, boni ordinis caussa reseruantes.

- a) Nam primo Marito in L. XXIII. C. *de Iure dotium dominium expressis verbis adsignatur*; deinde ei quoque in L. IX. C. *de Rei vindicatione*, in dote tribuitur rei vindicatio.
- b) Vid. supra h. cap. §. II.
- c) Vid. supra cit. loc.
- d) STRICK in V. M. ff. Libr. VII. Tit. I. §. I.



C

CAP. II.

CAP. II.  
DE  
VSVFRVCTV PATERNO IN SPECIE.

---

## §. I.

**D**e patria potestate tanta multitudine tam librorum et tractatuum, quam dissertationum laboramus, ut vix aliquid vtile dicendum hoc loco nobis supersit *a*); Quam obrem toties coctam crambem offerre erubesco. Quum vero in nostra dissertatione vix prius progredi liceat, quam definitio nem de patria potestate, a plerisque de ea Autoribus neglectam, praestruxerimus, sufficiat hanc modo in hoc paragrapho communicare. Ut vero felicius in veram de patria potestate penetremus ideam, conceptus de dominio Quiritario nobis antea erit euolendum; Erat autem dominium ciuale *b*) in re mancipi *c*). Iam ad patriae potestatis definitio nem accedere possumus, quae erat patris dominium Quiritarium in liberos suos *d*). Nullus dubito hanc potestatem vocare dominium Quiritarium; Nam primo liberi res et quidem mancipi erant *e*), perinde tales res,

res, in quas dominium Quiritarium cadere poterat: Deinde quoque patri omnis dispositio in liberos, quae domino in res suas competit, tribuitur <sup>f).</sup> Ex hisce sequentia axiomata patescunt: verum patrem ante omnia praesupponi; Tunc filium, vt alia res mancipi, in dominio patris, et patri omnes effectus dominii fuisse tributos. Quae veritates nobis ansam praebent, ea, quae in paragrapho sequenti proponenda sunt, demonstrandi.

a) PHILIPPVS PASCHALIS, ICtus Neapolitanus integrum librum, hodierno vñi vix accommodatum, de viribus patriae potestatis conscripsit. NAEVIVS quoque ICtus Wittebergensis germanicam tractationem magis ad palatum modernum, vom Vater-Rechte exhibuit. Huc quoque pertinet PETRVS AERODIVS de *Iure patrio*, et IOANNIS ANGELII BOSSII *Tractatus de patria potestate in filios*. Ut reliquos taceam, quorum scripta hic recensere angustia paginae haut permittit.

b) Hocce dominium Imperium et dominium eminentiuoluebat; Hinc THEOPHILVS dominium Quiritarium ἐνομον, reliquum Φυσικὸν vocat §. fin. J. Tit. de Libertinis. Variis quoque modis tale dominium acquirebatur, quos VLPIANVS in *Iragm. Tit. XIX.* §. II. describit.

c) Res pretiosiores apud Romanos mancipi audiebant, quaenam autem hoc relatae fuerint, tractauit Illustr.

- HEINECCIVS in *Antiquitatibus Romanis* Libr. II. Tit. I.  
 §. XVIII. p. m. 428 seqq. Plura de rebus mancipi hue  
 spectantia suppeditat, Illustr. CORNELIUS VAN BTN-  
 CKERSHOECK *Tract. de Rebus Mancipi* per tot. Cap. II.
- a) Patriam potestatem in dominio Quiritario constitisse  
 iam ante me obseruavit Illustr. CORNEL. VAN BTN-  
 CKERSHOECK *Tract. de I. occidendi liberos* cap. I.
- b) CAIVS Libr. I. Institut. Tit. VI. §. 3.
- c) Patri enim imperium in liberos suos tribuitur. Hinc  
 Princeps familiae dicitur apud VLPIANVM in *Fragm.*  
 Tit. IV. §. I. vid. THEODORVM MARCILIVM ad  
 LL. XII. Tabb. c. XXIV. Vendere quoque liberos  
 poterat. DIONTSIVS HALICARNASSENSIS Libr. II.

### §. II.

Quum vero Liberi in potestate consti-  
 tuti res sint in dominio Quiritario exis-  
 tentes a); Dominus autem fructuum perceptio-  
 ne, qui de re sua proueniunt, pollet b); Non  
 immerito Romani credebant, quicquid filius  
 acquireret, patri solummodo acquiri; Per-  
 inde filiosfamilias nihil proprii habuisse com-  
 pertum est c), et fata aequa dura filium et  
 seruum hac in re pressisse. Exinde autem,  
 quod quilibet suo iuri fauorabili renunciare  
 potuerit, nemo non videt et patri permisum  
 fuisse, filio suo separata a rationibus paternis  
 bona concedere, quae vno verbo peculium  
 profectitum appellare iis vnu veniebat d);

Ad-

Admodum tamen angustis limitibus adhuc filiorum potestas in hoc peculio restricta erat. Inter patrem enim et filium erat identitas personae *e*), et exinde nullum inter illos firmum atque stabile pactum iniri poterat *f*); Quid igitur impediebat, quo minus pater omni tempore, durante potestate eius, illud reuocaret: Ut et in hac parte dici queat, nihil proprii filiofamilias antiquitus competuisse *g*). Manebat itaque Pater dominus in peculio profectio, et si quaedam forte ad illum redundarent, neutquam ei vſusfructus, sed proprietatis iure obueniebant *h*). Frustraneum itaque foret, vſumfructum in antiquissimis Romanae Reip. temporibus quaerere, in quibus sibi ipſi vi analogiae iuris contradicit, vſumfructum talem exstitisse. Quemnam autem in modum facies rerum adeo mutata est? Et quomodo contra iuris antiqui et pene immutabilis rationem tale vſufructuarium ius introduci potuit? Quo tempore Romani iuris doctrinam inuasit? Haecce paullo latius sequenti paragrapho, quantum per opusculi tenuitatem permisum est, percipies.

C 3

a) Supra

- a) Supra Cap. II. §. I.
- b) Supra Cap. I. §. I. not. a. ibique allegat. LL.
- c) §. I. J. per *quas personas cuique acquiritur.* Et quidem sine villa distinctione bonorum, sive paterna, sive materna, sive ex matrimonio et sponsalibus acquista, sive profectitia, sive aduentitia sint. IANVS A COSTA et MVRETVS ad cit. §. Institut. Quas commentationes vna cum THEODORO MARCILIO edidit IOANNES VAN DE WATER *Traiecti Batavorum anno MDCCXIV.* Idem videmus ex SENECA DE BENEFICIIS L. VII. c. IV. *Ita, inquit, omnia patris sunt, quae in liberorum manu sunt.* Edit. GRONO VIO LIPSIANA Tom. I. pag. 837.
- d) §. I. J. per *quas personas cuique acquiritur.* SERVIVS ad Virgilium Ecclog. I.
- e) L. vlt. C. de Impub. et aliis substitut. et supra cap. II. §. I.
- f) §. VI. J. de Inutilibus stipulationibus et L. I. §. I. D. pro donato.
- g) DIONYSIUS HALICARNASSENSIS *Antiquitat. Rom.* Libr. VIII,
- h) Nam quicquid Dominus de re sua acquirit, iure proprietatis habet. Supra Cap. I. §. I. not. a.

### §. III.

Totius ususfructus genuinum fundamen-  
tum, in diuisione inter peculia profectitia et  
aduentitia quaerendum est, cuius diuisionis  
perinde originem inquirere operae erit pre-  
mium. De vocis peculii origine hic non est  
disputandum, quum nomen illud et antiquis-  
simis temporibus Romani habuisse videan-  
tur;

tur; quemadmodum et illud extra dubitationis aleam positum est, simulacra illa patrimoniorum filiis et seruis ex gratia patris vel domini concessa, peculia audiuisse *a*). Sed de ipsa peculiorum in profectitia et aduentitia diuisione, eiusque ortu, disputationis ferræ hic trahitur, quando scilicet nata fuerint. In eo omnes conueniunt, sub Imperatoribus demum varias peculiorum distinctiones irrepsisse; Sed et hoc mihi factum non est. Inuenimus locum apud Suetonium *b*), qui quidem de peculio loquitur; Sed de peculio tantum castrensi ibi sermonem esse mihi videtur, quod genus peculiorum tunc temporis, aut paullo ante, Caefaris forsan temporibus, ortum est *c*), ad cuius imitationem et quasi castrense peculium fuit introductum *d*). Sed quid haec ad nos? Quibus de usufructu paterno, et imprimis ex peculio aduentitio hoc loco est sermo. Sciendum ante omnia, immanem et tyrannicam illam patriam potestatem Romanis ipsis, quum ad seniora Philosophiae principia redire inciperent, iniquam fuisse visam; Perinde recte neruos huius potestatis incidendos credidisse.

disse. Vitae necisque ius parentum primum limitandum, iusque vendendi liberos sub variis coloribus erat resecandum e); Nihil itaque restringendum, quam ius acquisitionis parentum per liberos supererat. Et ecce sub Caesare peculia castrensis, deinde quasi castrensis introducuntur; Sub Hadriano, patri instituto, et, vt hereditatem filio suo, si in patria potestate esse desisset, restituat, rogado, restitutio simpliciter iniungitur, ei que omne ius in ea pecunia, viuo filio, adimitur f); Sub Diuō Pio, filio instituto, qui patrem habebat furiosum, hereditatem adire, et mancipia hereditaria manumittere conceditur g). Quid igitur mirum, si Constantinus M. nihil in bonis aduentitiis patribus, quam vsumfructum reliquerit h)? Gratianus tandem et Valentinianus sine cunctatione huic legi accedebant i). In bonis itaque maternis, et omnibus ab ascendentia materna deriuatis, patri solummodo vſusfructus adsignabatur, vt non sine ratione cum IACOBO GOTHOFREDO ad hanc legem loqui liceat k), cum Christiana disciplina patriae potestatis duritiem fuisse emollitam.

a) Quem

- a) Quemadmodum ex LIVIO L. II. c. XLI. Edit. OXONIANA de anno 1708. Vol. I. pag. III. et PLINIO L. XXXIV. c. IV. Edit. GRONOVIAN. Tom. III. p. 496. pater; Et ita suasor est VARRO DE RE RUSTICAL. I. c. XVII. Dandam esse operam, vt serui habeant peculium, quo alacriores fiant. Vnde vero peculia dicta fuerint, optime declarat SERVIVS ad Virgilium Eclog. I. Ταὶς γτιαῖς ἄχρι τοῦ αὐτῷ τῶν περισσότερων πεκτηλία καλέστι. Facultates, vti verto, ex hoc a pecudibus peculia audiuerunt.
- b) In TIBERIO Cap. XV. Nam neque, inquit, donauit, neque manumisit, ne hereditatem quidem aut legata percepit aliter, quam vi peculio referret accepta. Quomodo autem SVETONIUS inter singularia referre TITI potuisset, quod non donauerit, nec manumiserit, quod per se filiofamilias non licebat, nisi peculium castrense subintelligeretur? Vid. quae SAMVEL PITISCVS ad hunc locum adnotauit Tom. I. pag. 610. Perinde videmus, iam sub Augusto talia extitisse peculia.
- c) Quemadmodum autem haecce peculia sub Imperatoribus sequentibus incrementa ceperint videre licet in L. I. pr. D. de Testamento militis.
- d) Quod quidam THEODOSIO Iuniori et VALENTIANO III. tribuunt, qui primum Aduocatis hoc priuilegium concesserunt. Sed iam ante hac tempora idem ius Administratoribus provinciarum competitissime, ex HIERONTMO AD NEPOTIANVM probat Illustr. HEINECCIVS in Antiquitat. Roman. Lib. II. Tit. IX. §. II. not. a. pag. 499.
- e) Longa hac de re inter GERHARDVM NOODT et Illustr. CORNELIVM VAN BTNCKERSHOECK intercessit disputatio, quam hic inserere meum non existimo. Adeas capropter AMICAM RESPONSIONEM GERHARDI NOODT, quae cum notis BTNCKERS-

D  
CKERS-

ECKERSHOECKII huius opusculis sub finem est  
adiuncta.

- f) Vid. L. L. D. *ad Senatus consultum Trebellianum.*
- g) Vid. L. LII. pr. D. *de acquirenda vel omitenda hereditate.*
- h) L. I. C. *de Bonis Maternis.*
- i) L. VI. C. THEODOS. *de Maternis Bonis.*
- k) Vid. immortale illud opus, cuius et nomen literatus  
orbis veneratur. Tom. II. pag. 660.

#### §. IV.

Denique IUSTINIANVS omnia bona aliunde  
filiis, quam intuitu patris, militiae, et libe-  
ralium artium obtingentia patrum e mani-  
bus eripuit, relicto iis solo vsufructu a). Et ea  
bona dicuntur aduentitia. Facillime itaque  
adparebit, quaenam bona ad aduentitia refe-  
renda sint, quorumque vsusfructus ad patrem  
spectet; Quemadmodum autem quaelibet iu-  
ris dispositio ita intelligenda est, ut nec ana-  
logiae iuris contrarietur, nec pacto vel vltima  
voluntate excepti casus subintelligantur; Ita  
etiam vel propter analogiam iuris, vel pro-  
pter pactum, vel propter vltimam volunta-  
tem patris Vsusfructus in quibusdam libe-  
rorum bonis restringitur, vel plane adimi-  
tur, quae bona peculium extraordinarium  
seu irregulare vocantur: Quibus de casibus  
in

in sequentibus dicendum nobis erit paragraphis. Hic autem pauca adferam de iis, in quibus patri ius *vsusfructus tributum est*. Nullum igitur dubium est, bona materna *huc referri, et ab auo, auiaque maternis, omnibusque maternis adscendentibus profecta b)*. Praeterea quoque eo referuntur bona ex artibus illiberalibus *acquisita c)*, etiamsi liberi aliunde degant *d)*. Quinimo huc spectant *acquisita ex operis ancillaribus, quas filia patri praestat e)*. Neque video, cur ex hac classe quidam pecuniam lustricam, vulgo *das Pathen-Geld, velint eliminare f)*; Quum nulla legis dispositio eam eximat, et perinde ea pecunia fortunae beneficio liberis obueniat, quae bona regulariter ita ad filium pertinent, ut patri *vsusfructus maneat saluus g)*. Denique et res geradicae huc sunt referendae *h)*.

a) In L. VI. C. *de bonis quae liberis &c. quod repetitum in §. I. J. Per quas personas cuique acquiritur.*

b) L. cit. Vide quoque CHRISTINAEVM Pract. Quaest. Vol. III. Decis. XXXIV. n. II. p. m. 322.

c) Nam ex liberalibus artibus quaesita ad peculum castrense vel quasi castrense referuntur. L. cit. VI. in fin. C. *de bon. quae liber.*

d) CARPZOV P. II. C. X. Def. VIII.

- e) CARPOV loc. cit. Def. IX.  
f) Sunt qui pecuniam lustricam ad quasi castrense peculium referunt. RADOVIVS *de pecunia luftrica* c. IV. §. VI. seqq. Alii ad castrense. BRVNNEMANN ad L. I. *de Collatione n.* XXIII. Alii ad profectitium. GROENEWEGEN *de LL. abrogatis* L. XIX. §. I. *de peculio.* Alii ad peculium aduentitium irregulare. STRICK ad BRVNNEMANNI *Jus Ecclesiasticum* Libr. II. c. I. Membr. II. §. XIII. Mili vero placuerunt argumenta Illustr. LETSERI Spec. CLXVI. Med. I. Vol. III. p. 215.  
g) Cit. L. VI. C. *de bonis quae liberis &c.*  
h) Dn. DE BERGER *in Appendice Consil. Cent. XI. Const.* XXXI. p. 1155. *et in Oeconomia Juris* p. 118. Sed tota res mihi secundum Jus Germanicum videtur decidenda.

## §. V.

Iam ad bona aduentitia nobis erit accedendum, in quibus patri vesusfructus non competit. Quum enim iis in casibus, in quibus vesusfructus analogiae iuris contradicit, patri hoc ius sit ademtum a), talia vero bona dicantur aduentitia extraordinaria b); Sequitur in aduentitiis extraordinariis bonis patri vsumfructum haut esse tribuendum: Quorsum merito refertur casus, si pater in bonis filii, cum defuncti fratribus vel sororibus superstitibus una succedit, vbi in portione hereditaria fratum sororumque defuncti, vsumfructum adspirare nequit c). Nam

STRICK

Nam primo IMPERATOR patri, qui antiquitus nihil in hoc passu capiebat, portionem virilem loco vsumfructus permisit *d*), et perinde filius superstes satis est oneratus, qui antea solidum capiebat. Deinde quoque et alia ratio subest; Vterque enim, et pater et filius, heredes sunt; Heredes autem aequali iure fruuntur *e*); Si vero pater vsumfructum ex rata filii caperet, neutquam aequalitas maneret, ideoque contra analogiam iuris fuisset, patri, luctuosam hereditatem vna cum filio adeungi, vsumfructum tribuere. Quum vero haecce ratio etiam circa hereditatem extranei obstet, si pater scilicet simul cum filio succedat, facile crediderim, et in extranei hereditate, patre et filio vna hereditatem adeunte, vsumfructum in rata filii patri haut esse tribuendum *f*). Non itaque opus est, vt in contrariam sententiam abeamus, ob leuidense illud argumentum, quod ratio Nouellae huic casui non conueniret *g*); Nam vnius rei plures dari possunt caussae; Quamuis igitur in citata Nouella vnius tantum caussae facta fuerit mentio, quae ad nostrum casum haut quadrat; Superest tamen

D 3

supra

supra allata cauſſa, aequalitas nimirum inter heredes ſeruanda, quae me potius ad MEVII et RICHTERI ſententiam accedere iubet <sup>b)</sup>. De his ſufficiat; Ad aliam ſpeciem bonorum, in quibus patri, licet aduentitia ſint, uſufructus eſt ademtus, neceſſe erit, ut properemus.

- a) Vid. ſupra Cap. II. §. IV.
- b) Interdum etiam peculum aduentitium irregulare apud Doctores audit. Vid. ECKOLT ad D. Lib. XV. Tit. I. §. IV. p. m. 417. et §. V. p. 418.
- c) AVTHENTICA Item hereditas C. de bon. que liber. iuncta NOV. CXVIII. cap. II.
- d) AVTHENTICA Defunctorum ad SCrum Tertullianum.
- e) Quum enim ex praefumta voluntate defunctorum ſuccedant, nulla autem ratio nobis ſuadeat, cur vni plus quam alteri tribuamus, inter heredes ab intestato, aequo propinquos, aequalitatem ſeruandam eſte, conſtat.
- f) Ita reſponſum apud RICHTERVM Dec. XVIII. n. X. vid. MEVIVM ad f. Lub. P. II. Tit. II. Art. XI. n. 25. Vterque ad AVTHENTICAM Item hereditas C. de bon. que liber. et NOV. CXVIII. c. II. Ibique GOTHOFREDVM prouocant.
- g) Parti aduersae accedunt KOHLIVS in Constitution. Marchic. Quaest. XIV. n. II. PRVCKMANNVS Consil. XLVIII. n. CLX. & n. CIX. Quibus adſentire videtur BRVNNEMANNVS ad AVTHENT. Item hereditas C. de bonis que liber.
- h) Adeas IOANNEM DEL CASTILLO de Uſufructu c. III. n. LIV. et PEREZ in C. Tit. de bon. que liber. n. III. p. m. 415.

§. VI.

## §. VI.

Quum vero quilibet suo iuri fauorabili,  
secundum communem regulam, renunciare  
queat, haut video, cur nec idem quoad vsum-  
fructum patri concedendum esset? Hinc  
vſufructu amplius vti nequit, eodem semel  
filio remisso a). Quemadmodum autem  
omnis renunciatio vel expressa est, vel taci-  
ta, ita et hanc vtroque modo fieri posse nemo  
negabit. De expressa nullum orietur du-  
biū, de tacita vero paucis dispiciamus. Ita-  
que non immerito ad tacitam patris renun-  
ciationem refero, si filius inuitu et dissen-  
tiente patre aliquid acquirit b); Si igitur  
filio fortunae beneficio hereditas obtigerit,  
eandemque filius dissidente patre, quod  
potest, adierit, lucrum et damnum, pro-  
prietas et vtilitas in eum transit omne c). Ne-  
que hic discrimen inter maiorennum filium  
et minorennum statuendum est, praeter-  
quam, quod minor curatore indigeat, et be-  
neficio in integrum restitutionis fruatur d).  
Multo itaque minus pater vsumfructum ac-  
quirere potest, si, filio patreque institutis, et  
patre repudiante, filio, inuitu patre adeunti,  
et alte-

et altera pars hereditatis accrescat; Quum et hac ex parte, inuito patre, filio acquiratur hereditas. Si vero pater in fauorem filii hereditatem repudiauerit, praetereaque in aditionem filii consenserit, haut dubito, tunc filio totius hereditatis proprietatem, patri vero omne ius vsusfructus obuenire; Nec censeas, ea, quae hoc paragrapho sunt tradita, solummodo ad hereditatum aditiones pertinere, ratio enim Legis latior patet, quam quod eam tam angustis finibus includamus; Quicquid igitur filius, dissentiente patre, acquirit, eius vsumfructum patri tribuere haut possumus, dummodo aliquid ex illiberalibus artibus sit, alias enim in peculium castrense, vel quasi castrense degenerabit, de quo patri vsumfructum non competere, tam certum est, quam quod certissimum. Tandem et pater suo iuri vsusfructus tacite renunciassē videtur, si prius eo ex bonis liberorum aduentitiis vtatur, liberis autem alimentationem deneget, aut, cum decoctor sit, fame eosdem perire patiatur e).

a) L. VI. §. II. C. de Bon. quae liberis.

b) L. fin. pr. C. de bon. quae liber. Quod contra antiqui iuris

iuris rationem inuenit IVSTINIANVS; Iure enim antiquo, primo filius ipse adire debebat, si acquisitio bonorum procedere deberet. L. XV. et LVIII. D. de acquir. hereditat. Deinde id iussu patris fieri debebat. L. XXV. §. IV. D. eod.

- c) L. VIII. pr. C. de bonis quae liberis et ENENCKELIUS de Priuilegiis Parentum Priu. III. num. XVII.
- d) Vid. BRVNNEMANN ad L. VI. §. I. C. de bonis quae liberis.
- e) Ita decisum apud FABRVM in C. definitionum Lib. VI. Tit. XXXVI. Def. XIII. p. m. 729.

### §. VII.

Eundem in modum Patri vsusfructus competere nequit, si filio quidpiam ea lege relictum sit, ne patri vsusfructus contingat a). Perinde idem est, vtrum liberis vltima voluntate, an inter viuos aliquid fuerit relictum; Vtroque enim casu quilibet rem suam hac sub lege in liberos transferre potest b); Licet adhuc sub potestate patris sui existant. Distinguit tamen textus liberos inter, qui ad legitimam iamiam peruererunt aetatem, et tales, qui adhuc propter defectum annorum suis rebus ipsi superesse nequeunt. Maiorennes statim ab initio omnem potestatem de re illa disponendi nanciscuntur, eam vt patria ne potestas quidem alterare queat c).

E

Aliter

Aliter vero in NOVELLA dispositum intenimus, si minorenni bona hac conditione obue-  
niunt, ne patri vsusfructus competit: Quum  
hi libere non disponant propter iudicij imbe-  
cillitatem, NOVELLA iis quoad haec bona cu-  
ratorem dandum caute curauit. Potest  
autem iterum haec vsusfructus ademtio vel  
expresse fieri, vel etiam tacite, vt pote si ex  
negotio ipso adpareat, eum, qui bona liberis  
confert, patri vsuumfructum voluisse adem-  
tum *d*). Si quis igitur patrem ita instituat  
heredem, vt ei restitutionem filio faciendam  
iniungat, neque aliud ex verbis testatoris  
elici queat, nullum est dubium, patrem hanc  
hereditatem tam quoad proprietatem, quam  
quod ad vsuumfructum restituere debere *e*).  
Quum vero parentibus egenis liberi ad ali-  
menta sufficientia, cum naturali, tum ciuili  
sint adstricti vinculo *f*), iniquum non, qui-  
nimo aequissimum est, hoc in passu patri  
tantum ex usufructu relinquere, quantum  
ad sustentationem eius rerum circumstan-  
tiuum postulat ratio *g*). De extraneis haec  
sufficient, iam opus est, vt dispiciamus in  
quantum mater, aut alius ascendentium ex  
linea

linea materna testamento patrem ysufructu priuare queat.

- a) NOVELLA CXVII. cap. I. pr. et AVTH. *Excipitur C. de Bon. quae liberis.* Rationem NOVELLA in eo ponit, quod bona et cuius extraneo relinqui potuissent, quo casu aequa nulla ad parentes redundas-  
set vtilitas.
- b) Quemadmodum ex verbis NOVELLAE CXVII. cap. I. aparet: *donare aut per ultimam voluntatem relinquere.*
- c) Ita ex verbis NOVELLAE cit. §. I. patet. *Res autem ita relictas sive donatas, positis sub potestate personis, siquidem perfecte sint aetatis: Licer sub potestate sint, licentiam habeant, quo velint modo disponere.*
- d) Tacite hoc fieri posse docet BERLICHIVS Part. I. Dec. CXXXVI.
- e) SVRD. Conf. CXVI. n. XXII. iuncto MOLINA de Jure Primogeniturae Libr. I. c. XIX. n. XXXI. Quamuis sine ratione sufficiens dissentiat GARSIA de Expensis cap. X. num. XLVI.
- f) L. I. C. de alendis liberis et parentibus. Et ita venerandus ille GROTIUS L. II. c. VI. §. V. de J. B. et P. elegan-  
tibus verbis inquit: *Debentur quidem et parentibus ali-  
menta: Quod non legibus tantum proditum est, sed vul-  
gari proverbio δυτικελαγεν, adeo quidem, ut lauletur  
SOLON, quod, qui id non facerent, eos notarit infamia.*
- g) Ita etiam FACULTAS NOSTRA INCLVTA respondit apud RICHTERVM Decis. XVIII. num. VIII. Vid. EVND. ad AVTH. Item hereditas C. de bonis quae liberis.

### §. VIII.

Quod matri et ascendentibus ex linea materna testamento liberis bona sua ea lege

E 2

relin-

relinquere liceat, ne patri vsusfructus obueniat, indubitati iuris esse, illi, qui Iurisprudentiae castra sequuntur, profitentur omnes *a*). Sed de illa thesi sub iudice lis est, si mater, vel auus auiaque materna ab vsufructu in bonis, liberis relictis patrem excluderit, an haec dispositio etiam ad legitimam extendenda sit? Ab vtraque parte aequae periti stant Iureconsulti, quorum argumenta huius loci est paucis ponderare. Inter illos, qui et in legitima a matre paternum vsuumfructum adimi posse statuunt, agmen dicit *ME VIVS b*); Cuius argumenta haec sunt: Primo se fundat in NOVELLA CXVII. cap. I. eiusque generali dispositione; Deinde ad communem Doctorum opinionem prouocat et imprimis ad autoritatem BERLICHII *c*), cuius sententiam in praxi esse receptam affirmat. Sed quod ultimum, ut inuerso ordine ordiamur, attinet argumentum, iam alii ante me obseruaunt, communes Doctorum opiniones communes esse errores; Flebile itaque beneficium est, veritatem suae causae aliorum autoritati committere, qui iterum aliena praediicia ut simulacra adorant. Praeterea quoque

que alii Doctores testantur contrariam sententiam esse magis receptam d). Si vero BERLICHIVM a MEVIO citatum intueor, praeterea, quod taediosas ad autoritates prouocet, cardo argumentorum eius in eo versatur. Primo, legitimam per ademtionem ususfructus non grauari; Deinde legem fauoris legitimae imponi posse. Ast utrumque argumentum nostram non ferit thesin, quum hic non de praeiudicio liberorum, eorumque legitimae, sed de praeiudicio, quod iuri quaesito patris infertur, nobis sit sermo e); Admodum itaque fallaci fundamento BERLICHII, quod pace eius dixerim, fundatur opinio. Quod vero alterum argumentum MEVII nostri attinet, ad NOVELLAM CXVII. c. I. prouocantis, opus est, ut ipsa NOVELLAE verba, ad rem melius declarandam inseramus; Haec sunt: *Sancimus igitur licentiam esse, et matri et aviae, aliisque parentibus, POST QVAM RELIQUERINT FILIIS PARTEM, QVAE LEGE DEBET VR: Quod reliquum est suae substantiae, siue in solidum voluerint, siue in partem, filio vel filiae, nepoti vel nepti, et deinceps descendantibus donare, aut etiam per ultimam relinquere voluntatem, sub hac*

E 3

defi-

definitione atque conditione, si voluerint, ut pater, aut qui omnino eos habet in potestate, in his rebus neque vsumfructum, neque quodlibet penitus habeant participium. Sed omnes obtestor, quibus verba haec legenda veniunt, num aduersariis et minimum in iis praesidium quaerendum supersit? statim enim ab initio ex NOVELLA clarescit, de usufructu patri adimendo, deducta legitima, ibi tantum sermonem esse, quorsum verba expressa legalia collimant: *Postquam reliquerint filii partem, quae legibus debetur.* Quis itaque non videt, expressis verbis legitimam esse exceptam? Quomodo autem Doctores, legislatoriam potestatem affectantes, contra clarum textum contrariam thesin defendere audere possunt? Sed si haec etiam aduersariis demus, attamen erubescerem, talem in modum NOVELLAM istam interpretari; Quum enim omnis Lex dubia ita sit interpretanda, ut cum analogia iuris conueniat; Quumque legislator cum iure antiquo se conformare voluisse in duobus praefumatur f); NOVELLA quoque nostra ita fuisse explicanda, ut salua quoad vsumfructum paternum maneret legitima;

Prae-

Praesertim cum legitima non matris, sed legis beneficio liberis contingat *g)*, adimique nesciat; Perinde iam Pater ius quae situm in usufructu, quoad legitimam habeat, quod facto matris, aui, auiaeque maternae, siue ultima voluntate auferre foret irrationalib[ile]. Quibus commotus, tam credulus non sum, ut me in aduerfariorum partes trahi patiar, ut potius sententiae BERGERI accedam *h)*, vbi quoque paucis, sed solito solide obstantes leges inuenies resolutas *i)*.

- a)* NOVELLA CXVII. c. I. pr. AVTH. Excipitur *C. de Bonis quae liberis.*
- b)* Part. VII. Dec. CCCLVI.
- c)* Part. I. Dec. CXXXVII.
- d)* PEREZ in Cod. Lib.VI. Tit. LXI. n.V. Integrum Doctrinum exercitum inuenies apud BERLICHIVM Part. I. Dec. XXXVII. num. V. Pro mea quoque thesi adducere licet PAPONIAN. Lib. VII. Tit. I. Arrest. V. BARTOLVM in AVTH. Excipitur *C. de bonis quae liberis.* BOERIVM Decif. CXCIII. & CXCIV. Ut et GARSIAM de Expensis et Meliorationibus, cap. X. num. XLV. BERGERVS Conclus. Forens. Exerc. I. Conclus. XII.
- e)* Illustris BOEHMERVS in *J. Ecclesiastico Protestantium* Libr. II. Tit. XXXIII. §. IV. num. XVIII. et §. V. num. VI. Tom. I. pag. 1260. et 1261.
- g)* L. VI. C. de inofficio teſtamento. GAIL Lib. II. Obs. CXIX. n. II. p.m. 537.
- h)* Resolut. LL. Tit. de Peculio. Quæſition. II.

*i)* Vide

*a)* Vide quoque de hac re CHRISTINAEV M Vol. IV.  
Decis. LXXV, num. II. et III. pag. 107. et Vol. V. De-  
cis. CCVII.

### §. IX.

Aliquando vero patri non in totum, hoc est in omnibus aduentitiis bonis, sed tantum pro parte adimitur vsusfructus. Nam si iniusto diuortio matrem repellit, ex IUSTINIANI mente pro besse *a)* ad liberos redit vsusfructus *b)*. Ut autem haec iuris dispositio locum inueniat, ante omnia flagitatur, ut iustum diuortii caussam pater non habuerit *c)*. Quapropter ad illum casum Iustinianaea poena haut quadrat, si quidem iusta caussa destitutus matrimonii vinculum ruperit, ast re penitus inspecta, cum coniuge in gratiam redierit, antequam pars nocens ex legislatoris intentione *d)* in monasterium coniecta fuerit; Semel enim monastica vitam ingredientibus, redditus ad matrimonium vix patebit; Perinde rebus sic constitutis, pater usumfructum integrum ex bonis liberorum aduentitiis retinet. Idem obseruandum esse sequitur, si pater quidem iniustum repudium fecerit, deinde autem

CON-

coniugi priorem amorem rursus obtulerit, vxore aduersante; Nam et tunc patri vsumfructum denegandum haut duco e). Quum vero liberi pro besse tantum vsumfructum acquirant non immerito quaeritur, quisnam residuum vesusfructus capiat? Sed scias IVSTRIANVM iniuste se inuicem repudiantes in coenobium detrudisse, et hac quidem lege, vt quaternae bonorum vnciae coenobio, cui includuntur, cederent. Perinde monasterium quoque quaternas vncias vesusfructus hoc est  $\frac{1}{3}$  capiebat, residuo, quod bessem aequat, seu  $\frac{2}{3}$  vesusfructus, liberis, siue ex eodem, siue ex alio sint prognati matrimonio, relicto; Quum autem apud nos, purioribus sacris addictos, iniustum diuortium audentes non amplius vitae adstringantur moniali, de besse vesusfructus, quae supra dicta sunt ab vsu recessisse constat omnibus. Idem testatur GROENEWEGEN f).

a) Hoc est ex VIII. vnciis, seu si rem clarius enunciare mauis, ex  $\frac{2}{3}$ . ex peculio aduentitio.

b) NOVELLA CXXXIV. cap. XI.

c) RITTERSHVSIVS ad NOVELLAS p. 227. n. III. seqq.  
cauſtas iusti repudii recenſet.

d) Cit. NOV. CXXXIV. cap. XI.

F

e) Nam

- e) Nam ibi tantum poena esse debet, vbi reperitur delictum L. XXII. C. de Poenis L. XXIV. D. Eod. L. II.  
§. pen. D. de Decurionibus.  
f) De Legibus abrogatis ad NOVELLAM CXXXIV. cap. XI.  
p. m. 873.

### §. X.

Omissis iis, quae plerumque a Doctoribus huc referuntur, de donationibus, quae filio a PRINCIPE vel AVGVSTA donantur a): Quum talis donatio modo in peculium castrense, modo quasi castrense degeneret: Statim nos ad donationem serui conuertimus, quae filio ea lege fit, vt seruum sine mora manumittat; Nam nec in hoc seruo patri vsusfructus competere poterat b). Rationem addit lex ipsa: Quia vsusfructus foret momentarius c), et perinde pro nihilo habendus. Quum enim statim seruum donatum manumittere filium oporteat, ad momentum tantum vsusfructus esset duraturus. Supereft et alia ratio d): Quod nullus effectus donationis in filio remaneat; Quomodo igitur, et in quamnam re patri vsusfructus competere poterit? Post manumissionem enim nulla amplius res penes filium exstat, in quam vsusfructus cadere queat. Poteritne autem pater

pater impedire, quominus filius seruum manumittat? Quod nego; Exinde enim, quod patri per supra adducta momentarium, i.e. nullum ius in tali seruo competit, fundamentum deesset, ex quo patri ius contradicendi nasci posset. Ex eadem ratione et aliam quaestionem iuris decidere difficile haut erit: Num scilicet patri vſusfructus in illis competit bonis, quae filio hac adiecta conditione donata sunt, vt creditor ea soluat? Nam quum statim numos accipiens acquirat, et filio nullus effectus huius donationis, postquam solutio creditoris est facta, supersit, et perinde momentarium tantum ius et filii, et patris sit, patri etiam antiquo iure nec proprietas, nec vſusfructus acquirebatur e). Possem quidem hoc loco et ad illam quaestionem respondere, quam interdum Doctores mouent: An in beneficiis ecclesiasticis patri vſusfructus sit tribuendus f)? Verum enim vero cum quaestio sit Iuris Canonici, nostrumque tantum, de vſufructu parentum ex fundamentis Iuris Romani in hac Dissertationis parte agere, sicco pede hanc thesin transimus, nosque

F 2

con-

conuertimus ad modos, quibus finitur  
vſusfructus.

- a) L. VII. C. de Bonis quae liberis.
- b) L. VIII. §. fin. C. de Bonis quae liberis.
- c) Varias de momento obseruationes & acceptiones con-  
gessit CVIACIVS de Diuersis temporum praescriptionibus  
cap. I. Edit. Hannover. 1602. Tom. I. pag. 279. Lit. D.
- d) Quam nobis dedit L. LV. D. de Solutionibus et libera-  
tionibus: Ibi verba extant: *Qui sic soluit, ut recipere-  
tur, non liberatur: Quemadmodum non alienantur numi, qui  
sic dantur, ut recipiantur.* Ex quibus regulam gene-  
ralern deducere liceat, plane non esse translationem,  
vbi nullus effectus translationis in accipiente rema-  
net, quae regula ad nostrum quoque casum facile ap-  
plicari poterit.
- e) Vid. L. IX. §. I. D. de SCto Macedoniano et CVIACIVM  
cit. loc. lit. D.
- f) Si vero quidpiam de hac materia legere tibi voluē  
est, adeas eapropter CHRISTINAEV M Vol. IV. Dec.  
LXXVI. p. m. 108. PANORMITANVM in Caput Cum  
olim, vt et FABRVM in Codice Definitionum Lib. VI.  
Tit. XXXVI. Defin. V.

### §. XI.

Supra iam audiuimus, vſumfructum pa-  
ternum fuisse effectum patriae potestatis a).  
Ex quibus sequitur, patria cessante potestate,  
etiam vſumfructum cessare. Iam Doctores  
sequentes modos tradunt, quibus patria sol-  
uit potestas: I.) Quando filius aut pater  
mori-

moritur b); Filio enim mortuo, et nullos liberos relinquente, bona aduentitia in patrem transeunt, liberis autem existentibus, et aui in potestate remanentibus, aius quidem vsumfructum retinebit, sed intuitu filii tamen desit, et quasi nouum ius vsumfructus in bonis nepotum considerandus est, vt non immetrito dici queat, etiam morte filii vsumfructum cessare. De illo casu si germanos aut germanas filius reliquerit, nobis iam supra sermo fuit c). Patris etiam morte vsumfructum desinere in aprico est, quum omne ius vsumfructuarii sit personalissimum et morte vsumfructuarii exspiret d). II.) Quoque dignitate filii vsumfructus finitur, tali nimirum, quae a curia liberabat e); Quum enim dignitate patria potestas, quatenus liberis onus erat desineret f), vsumfructus autem omnino tanquam onus liberis impostum considerari queat; Exinde concludere nullus dubito, etiam dignitate, quae a curia liberabat, vsumfructum desisse. III.) Morte etiam ciuali patriam potestatem solutam fuisse constat; Ergo tam maxima, quam media capitis diminutione, (de minima §. XII.

F 3

nobis

nobis dicendi erit locus); Quis igitur dubitat, iisdem modis et usumfructum fuisse sublatum. Si itaque Pater in bannum Imperii hodie detrusus *b)*, aut aqua et igni interdictus, aut deportatus, aut transfuga et hostis declaratus fuerit, nam his passibus omnibus patria potestas amittitur, ususfructus tanquam eius effectus consistere non potest. Supersunt adhuc duo modi, quibus parentalis ususfructus vna cum patria potestate resoluitur, quos paragrapho sequenti sumus tradituri,

- a)* Supra hoc Cap. §. II. et III.
- b)* Pr. I. *Quibus modis patria potestas soluitur.*
- c)* Supra Cap. II. §. V.
- d)* Supra Cap. I. §. II. lit. F.
- e)* L. Fin. C. *de Decurionibus*, late recensentur dignitates, quae a curia liberant. Olim hic quoque referebantur Virgines Vestales. *GELLIVS in Noctib. Attic. Lib. I. cap. XII. Edit. Gronou. pag. 76.* Nam a Pontifice maximo manucapiebantur, perinde patris dominium Quiritarium cessabat. *VLPIANVS in Fragn. Tit. X. §. vlt.* Tunc vero temporis iura ususfructus nondum ita erant constituta.
- f)* NOVELLA XVIII. cap. II.
- g)* §. I. J. *Quibus modis patria potestas soluitur.*
- b)* Bannus enim Imperii a Doctoribus plerumque maxime capituli deminutioni aequiparatur, quamvis hanc materiam ex Jure germanico diiudicandam esse censem.

seam. Interim, si placet, adeas SCHILTERVM Exercitat. III. §. IX. p. m. 56. et HERMANNVM STAMMIVM de Servitute personarum Lib. I. Tit. III. Cap. II. p. m. 117. et seqq.

### §. XII.

Audimus etiam adoptione plena patriam dirimi potestatem *a*); Quid igitur impedit, quo minus statuamus, eodem modo vsumfructum paternum perire; Nihil enim tam naturale est, quam causa cessante, patria nimurum potestate, et effectum desinere, qui hoc loco est vesusfructus. Quum vero apud nos adoptiones non sint tam frequentes, ceu apud Romanos, aliamque plane ob causam fiant, vesus quoque huius theses adeo magnus non est, quam quidem patriarum rerum ignari sibi solent polliceri. Vnicum adhuc huic capiti addere liceat: Nimurum et emancipatione vsumfructum pro parte desisse. Non sine ratione dico pro parte, quum leges in præmium emancipationis patri aliiquid vesusfructus reseruerint *b*). Nam quum antiquitus omnia bona essent profectitia, quae patri emancipanti et volenti in totum competebant: Aduentitia autem ex mente

CON-

CONSTANTINI M. pro quaternis vnciis quoad proprietatem ad patrem emancipantem speclarunt; Vtrique et patri et filio ius et iustitiam administrare credebat IVSTINIANVS, si patri proprietatem detrahendo aliquid vſusfructus adderet, et fructus ex peculiō aduentitio filii emancipati minuendo, proprietatem augeret, quapropter in laudata AVTHENTICA sanciebat, vt in posterum pater post emancipationem ius haberet dimidium vſumfructū capiendi. Sed et si vera dicere liceat, nostro in foro haec constitutio adeo magnas vtilitates non praebebit, quum tota alia emancipationum ratio apud nos sit, quam quae cum Quiritium autoritate periisse videtur.

a) §.VIII. J. *Quibus modis Ius patriae potestatis soluitur.* Sed Adoptio omnino plena esse debet, hoc est ab auo, vel ascendentē facta; Si enim extraneus adoptat, patri omnia iura salua manebunt. L. pen. C. de Adoptionibus. Quid praeterea ad talem adoptionem requiriatur, partim ex natura actionum legis, qualis adoptio erat, elici potest, partim ex ARNOLDO VINNIO ad §. VIII. J. *Quibus modis ius patriae potestatis soluitur* p. m. 71. suppleri.

b) L. VI. §. III. C. de Bonis quae liberis.

### CAP. III.

## C A P. III.

AN MATRI VSVSFRVCTVS IN BONIS  
LIBERORVM ADVENTIIS COMPETAT.

## §. I.

NVLLA pene respublica fuit, in qua non propitii Dii, an irati, dubito (vt TACITI mea faciam) foeminis potestatem, qua masculus sexus pollet, negauerint; In quae non inuidia marium ademta, indulgentia legislatorum, magna priuilegia concedendo, refaciuerit; Vt ideo dubium sit, vtrum fortioris, an sequioris sexus conditio melior sit habenda; Sed inter ICtos nolo tantas componere lites; Iam nobis de potestate vxorum in liberos hic sermo est: Necesse autem est, eas Dominium QVIRITARIVM non habuisse, vt probemus, cuius rei veritas adparabit simul, ac demonstremus, omnibus effectibus huius dominii matrem fuisse destitutam. Obseruamus scilicet antiqua intuentes, foeminis ius vendendi liberos haut competuisse; Vbinam locorum enim de venditione liberorum sermo est, patris tantum

G

fit

fit mentio, de matre altum silentium; Quorum pauca tantum colligere, et temporis, et tractationis ratio poscit. Ita VLPIANVS *a)*: *Si pater filium ter venunditit, filius a patre liber esto;* Matris autem obliuiscitur. CICERO *b)* ne verbulo matrem tangit, quum e contrario de patre sic: „*Quia memoriae sic effet proditum, quem pater suis aut populus vendidisset, aut pater patratus dedisset, ei nullum est postliminium.*” Nec aliud in Legibus XII. Tabb. inuenies: ENDO. LIBERIS. IVSTIS. IVS. VITAE. NECIS. VENVM DANDI QE. POTESTAS. EI. ESTO. SI. PATER. FILIVM. TER. VENVM DVIT. FILIVS. A. PATRE. LIBER. ESTO. *c)*. Tae-diosum foret plura huc consarcinare loca, quae iam penes alios frequenter inuenies *d)*. Sed quid de L. un. C. THEODOS. de *Patribus qui filios distraxerunt e)*; vt et de L. un. C. THEODOS. de his, qui sanguineolentos emtos vel nutriendos acceperint f)? Quarum prior: *Omnis, inquit, quos parentum miseranda fortuna in servitium, dum vicium requirunt, addixit, ingenuitati prisinae reformatur;* Altera vero: *Secundum statuta, sonat, priorum principum, si quis a SANGVINE quoquo modo legitime comparauerit,*

rit, vel nutriendum putauerit, obtinendi eius servitii habeat potestatem. Iam tibi, inquieris, adfunt loca, in quibus tam matri, quam patri idem ius vendendi liberos tribuitur; Priori enim in Lege parentum in genere fit mentio, quae vox tam patrem, quam matrem omnino indicat; In altera vero a sanguine legitima comparatio conceditur; Quis autem negat eandem proximitatem sanguinis inter patrem et filium, quam inter matrem et eundem intercedere, ut ita tam pater, quam mater sub sanguine intelligi queat? Sed salu res est! Quod enim L. vnic. C. de patribus qui filios distracterunt attinet, ita responsionem accipias: Primo ibi ex Rubro aparet, non de parentibus generatim, sed de patribus solummodo esse sermonem, quippe quibus solis ius vendendorum liberorum tribuendum; Deinde quoque in textu ipso venditio liberorum non utriusque parenti conceditur, cum vox parentum se non ad venditionem, sed ad calamitatem referat; Perinde mens legis haec est: Si miseranda parentum fortuna contigerit, patre nimurum matreque ad egestatem redactis, ut pater filium in ser-

G 2

uitu-

uitutem per venditionem detrudat, tales non posse in perpetua seruitute durare *g*). Quod vero alteram tangit legem, sub sanguine hic neutiquam parentes intelliguntur, sed liberi a matre adhuc rubentes, quos alii quoque sanguineolentos vocarunt *b*).

*a) In Fragmentis Tit. X. §. I.*

*b) L. I. de Oratore cap. XL. Edit. GRVTERIAN. Hamburg. Tom. I. pag. 95. a. Quod iterum repetiit CICERO in Oratione pro Caecinna Cap. XXXIV. Ead. Edit. Tom. II. pag. 181. Quid? inquit, quem PATER parratus dedidit, aut SVS PATER populuse vendidit, quo is iure amittit ciuitatem? Ut religione ciuitas soluatur, ciuis romanus traditur --- Si PATER vendidit eum, quem in suam potestate suscepserat, ex potestate dimittit.*

*c) VLPIANAS in Fragmentis Tit. X. §. I. et IACOBVS GOTHOFREDVS in quatuor fontibus Juris de Legibus XII. Tabb. Tab. IV.*

*d) THEODORVS MARCILIVS ad Leges XII. Tabb. cap. XX.*

*e) Apud GOTHOFREDVM in Cod. Theodos. Tom. I. p. 257.*

*f) Vid. EVND. Tom. I. pag. 448.*

*g) Quapropter IAC. GOTHOFREDVS his verbis hanc legem interpretatur: Si quemquam ingenuum pater, faciente egestate, vendiderit, non poterit in perpetua seruitute durare, sed ad ingenuitatem suam, si seruitio suo satisficerit non reddito etiam pretio, reveriatur.*

*b) Vid. IACOB. GOTHOFREDVS in Comment. ad cit. L. Tom. I. pag. 149. circa finem.*

## §. II.

## §. II.

Sed quid si locum monstrarem, vtrumque parentem in alienatione liberorum fuisse interdum requisitum? Hoc enim flagitat GELLIVS a) ad Virginis Vestalis captionem, ut nimirum sit *Patrima et matrima*, hoc est, quae neutro adhuc orba est parente b). Sed sciendum, in captione Virginum Vestalium plane consensum parentum non fuisse requisitum, perinde etiam nec matris; Nam *eo statim*, inquit GELLIVS c), tempore sine emancipatione, ac sine capitis diminutione e patris potestate exit, et ius testamenti faciundi adipiscitur. Quod autem apud GELLIVM *patrima et matrima* virgo requiratur, ratio haec subest: Patrimis et matrimis in sacris magna semper tributa fuit praerogativa d); Virgines autem Vestales e sacris parentum in patrimonium Deorum transiisse, partim in vulgus notum est, partim ex sequenti formula, qua a Pontifice maximo capiebantur, adparet; Ita eam nobis seruauit GELLIVS e): SACERDOTEM. VESTALEM. QVAE. SACRA. FACIAT. QVAE. IOVS. SIET. SACERDOTEM. VESTALEM. FACERE. PRO. POPOLO. ROMANO. QVIRITIVM. VI EI.

G 3

QVAE.

QVAE. OPTVMA. LEGE. FOVIT. ITA. TE.  
AMATA. CAPIO.

- a) In *Noctibus Atticis* Libr. I. cap. XII. Edit. GRONOVIANA, quae *Lugduni Batavorum ex officina CORNELII BOVTESTETN et IOANNIS DV VIVIE prodit* Anno 1706. pag. 73.
- b) Vid. GRONOVIVM ad cit. loc. GELLII, num. VI. et PITHOEVM in *Collatione Legum Mosaicarum et Romanarum* XVI. 2. pag. 790. Edit. SCHVLTINGIANAE.
- c) cit. loc. pag. 76.
- d) TACITVS *Historiarum* Lib. IV. cap. LIII. vbi ille: *Vnde cimo Kal. Iulias, serena luce, spatum omne, quod templo dicabatur, euinctum vittis coronisque. Ingressi milites, quibus fausta nomina, felicibus ramis. Dein Virgines Vestales cum pueris puellisque PATRIMIS MATRIMIS QVE, aqua rruis et fontibus annibusque hausta, perlucere.*
- e) cit. loc. pag. 77.

### §. III.

Et quomodo mater ius vendendorum liberorum habere potuit, quum ipsa filia familias esset a), statimque nuptiis et deduictione in domum mariti, eiusdem in manus transiret b); Quo iterum docemur, vxores liberos in Dominio QVIRITARIO haut habuisse. Quemnam enim in modum illa, quae in alterius potestate ipsa ceu res viuit c); Quae in mancipio est, et ipsa Dominium QVIRITARIVM mariti agnoscens d), coemptione

tione et manuaptione acquiritur; Quae iterum remancipari *e*), expelli, imo vendi a marito potest, vt ex exemplis a PLVTARCHO *f*), TACITO *g*), DIONE *h*), allatis adparet: In quam maritus vitaeque necisque ius exercet *i*); Quemnam, inquam, in modum talis alios in potestate habere, seu, quod idem est, Dominium QVIRITARIVM in eos exercere potest? Quamuis autem haec ad probandum sufficient, matribusfamilias in liberos Dominium QVIRITARIVM haut competisse; Attamen vt eo certior stet nostra thesis, non erit incongruum, et alios effectus Dominii QVIRITARIi peragrare.

*a) DIONYSIUS HALICARNASSENSIS* Libr. II. pag. 95.  
*GELLIUS* in *Noctibus Atticis*. Libr. XVIII. cap. VI. Ita enim: „Matrem autem, inquit, familias appellatam esse eam solam, quae in mariti manu, mancipoque, aut in eius, in cuius maritus manu mancipoque esset: Quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque mariti, et in sui heredis locum venisset.“ Vide quoque sis, quae ibi erudite adnotauit *GRONOVIUS* ad verba initialia huius loci.

*b) Triplices nuptias Romanorum, nimirum Vſu, Confarreatione et Coemtione celebratas nobis recenseret*  
*GELLIUS* in *Noctibus Atticis* Libr. XVIII. cap. VI. et *ARNOBIVS* Libr. IV. Vid. eapropter *IANVM A COSTA* ad Pr. J. de *Nuptiis*. Voc. *Iustas autem nuptias*.

*c) VLPIA-*

c) **VLPIANVS** in Fragment. Tit. IX. Vbi: *Farre conuenit in manum certis verbis et testibus X. praesentibus, et solenni sacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur.* (Farre intelligit **VLPIANVS** hic omnem modum legitimarum nuptiarum romanarum, de pane autem farreo vid. **DIONTSIVM GOTHOFREDVM** ad hunc locum **VLPIANI** num. XI. et **RAEVARDVM** ad Leges XII. Tabb. pag. 99. circa finem.) Idem probare liceat ex **LIVIO** Libr. XXXIV. cap. III. vbi **M. PORCIUS CATO** ita inter alia inquit: *Recensete omnia muliebria iura, quibus liceniam earum alliguerint maiores nostri, PER QVAEQVE SVBIECERINT VIRIS.* Vol. IV. p. m. 242. Edit. OXONIANA.

d) **GELLIUS** in *Noctibus Atticis*. Libr. IV. cap. III. p. m. 267. in fin. ibique **GRONOVIUS**.

e) **RAEVARDVS** ad XII. Tabb. pag. 98. et 99. cap. XXI. usque ad finem.

f) In **CATONE**, quem minorem vocant, ibi enim exempla inuenimus tam de eius vxore, quam de sororibus eiusdem e domibus maritorum suorum electis.

g) Libr. V. *Annalium* cap. I. Vbi **IVLIA AVGVSTA**, hoc est **LIVIA DRVSSILLA**, **TIBERIO NERONI CLAUDIO** ab **AVGVSTO** eripitur, grauidaque Domui **CAESARIS** inducitur, nec **TACITVS** capropter **AVGVSTVM** taxat, quod sane testimonium est, vxores in commercio quodam fuisse. Id. vid. apud **SVENTONIVM IN AVGVSTO** cap. XLII. et in **TIBERIO** cap. IV.

h) Libr. XLVIII. pag. 384. Idem ex **GELLIUS** tam certum quam quod certissimum Libr. IV. cap. II. p. m. 264. *De sterili autem muliere, si nativa sterilitate sit Trebatium contra Labeonem respondisse dicunt. Nam quum redhiberi eam Labeo, quasi minus sanam, putasset necesse: Non oportere, aiunt, Trebatium ei dicto apposuisse, si ea mulier*

*mulier a principio genitali sterilitate esset. At si valetudo eius offendisset, exque ea vitium factum esset, ut concipere foetus non posset, tum sanum non videri, et esse in causa redhibitionis. Quodnam igitur dubium superest de commercio foeminarum, quum Aedilium Edictum ad vxores applicare Romani haut dubitauerint?*

- i) Haec habet GELLIVS Libr. X. cap. XXIII. pag. m. 505.  
*Vir, inquit, quam diuorium fecit, mulieri iudex pro Censore est. Imperium, quod videtur, habet. Si quid peruerse tetricaque factum est a muliere, multatur; Si vim babit, si cum alieno viro proprii quid fecit, condemnatur. De Jure autem occidendi ita scriptum: In adulterio uxorem tuam, si deprehendisses, sine iudicio impune necares, illa te, si adulterares, digito non auderet contingere; Neque Jus est.*

#### §. IV.

Maiora dubia oriuntur circa ius vitae et necis, vt et expositionem infantum; Vtrum matri vtrumque, an modo unum, an vero neutrum horum competierit. Ultimum videatur verissimum. Quum enim mater Dominium QVIRITARIVM in liberos non habuerit a); Neque liberi intuitu matris ceu res unquam fuerint considerati b); Certissimumque fuerit, tam vitae necisque, quam ius expонendi liberos, effectum solummodo patriae esse potestatis c); Nemo non, nisi coe cuturiens, videbit, matri neutrum horum iurium

H

iurium

iurium fuisse tributum; Et si a minore ad maius adhuc valeat argumentum, ab abortu ad ius vitae necisque alium quoque in modum concludere liceat; Scimus enim, mulieribus ne in spem hominis quidem fuisse permisam faeuitiam, vxoremque abortum sibi procurantem poena exilio fuisse prosequutam d); Quanto igitur magis in hominem ipsum vitae necisque ius mulieribus fuerit interdictum, in oculos incurrit. Non vero sat est, nostram argumentis muniisse sententiam, ut enim et aduersariorum dubia disiciamus, officii nostri postulat ratio. Non autem desunt in SCAEVOLA e) praesidium quaerentes: *Vxorem, inquiente, praegnantem repudiauerat, et aliam duxerat: Prior enixa filium expofuit: Hic sublatus, ab alio educatus est, nomine patris vocatus: Vsque ad vitae tempus patris, tam ab eo, quam a matre, an viuorum numero effet, ignorabatur: Mortuo patre, testamentoque eius, quo filius neque exheredatus, neque heres institutus sit, recitato, filius, et a matre, et ab avia paterna agnitus, hereditatem patris ab intestato, quasi legitimus possidet: Quaesitum est, hi qui testamento libertatem acceperunt, utrum liberi, an serui sint? Respondit,*

dit, filium quidem nihil praecidicium passum fuisse, si pater cum ignorauit; Et ideo, cum in potestate ignorantis patris esset, testamentum non valere; Serui autem manumisssi, si per quinquennium in libertate morati sint, semel datam libertatem infirmari, contrarium studium fauore libertatis est. Sed quis cum Illustri Viro, CORNELIO VAN BYNCKERSHOECK f) non videt, aduersariis hanc legem nullum plane solamen praebere; Quum ibi non de expositione infantum a matre quaeratur, sed tantum, an talis expositus testamentum patris infirmare queat? Nam quod matris ibi mentio fieret, ad facti tantum speciem pertinebat, tanquam res circumstans; Praeterea quoque ex hac lege contra aduersarios ipos argumentum petere liceat; Nam ibi expositus filius in patria potestate mansisse dicitur, quae aliunde expositione perit. Luce perinde meridiana clarius apparet, matri ius exponendi liberos haut competisse. Sed quid de illis dicendum, qui statuunt, romanas matres partum in utero saepius minutis et admodum subtilibus gladiolis interfecisse? Ad quae: Lyrae! Lyrae! Aedepol! Lyrae sunt; Quis enim machinae

humanae tam ignarus est, vt animum inducat, tantas defendere fabulas; Et si permittente natura tale horrendum contingere potuisset, non impunita talis vxor, nisi forte occulta, mansisset.

- a) Per paragraphum praecedentem.
- b) Quam etiam ob causam mater, liberos abreptos furti actione repeteret non poterat, a patre potius instituenda. L. XIV. §. XIII. et L. XXXVIII. pr. D. de Turtis.
- c) Quod Illustr. CORNELIUS VAN BTNCKERSHOECK ad amicam Responsonem GERHARDI NOODTII §. I. nutm. I. contra eundem masculine defendit. *Opusculorum Tom. II.* pag. 313. et 314.
- d) VULPIANVS in L. VIII. D. ad Legem Corneliam de Sicariis et Beneficiis: *Si mulierem visceribus suis, vim intulisse, quo partum abigeret, constituerit: eam in exilium Praeses Provinciae exigit.*
- e) Vid. L. XXIX. D. de Manumiss. Testamento.
- f) De Jure occidenti liberos cap. IX. *Opusculorum Tom. II.* p. m. 157.

### §. V.

Ex his, quae hoc capite tertio adduximus in aprico est, Dominii QVIRITARII effectibus mulieres destitutas fuisse omnibus; Quid igitur mirum, ius acquisitionis per liberos eundem in modum iisdem fuisse admittum. Quum enim ius acquisitionis per liberos effectus Dominii QVIRITARII fuerit a); Filius enim

enim ceteris considerabatur; Vxoribus autem tale Dominum in liberos non competierit b); Liberique intuitu matrum neutiquam ac res considerati fuerint c); Consequens est, matri ius acquisitionis per liberos haut fuisse tributum; Cessante enim causa, secura Logorum regula est, etiam effectum cessare necesse est, id quod in matrem omnino quadrare nemo negabit. Quod si vero haecce argumentatio tibi in totum sufficere non videatur, audias quaeso ipsas leges Romanas, quae cum nostra thesi plenissime conueniunt. Ita enim inquit IMPERATOR d): *Acquiritur nobis non solum per nosmet ipsos; Sed etiam per eos, quos in potestate habemus.* Item per seruos, in quibus usumfructum habemus: Item per homines liberos, et per seruos alienos, quos bona fide possidemus: Perinde IMPERATOR ius acquisitionis per liberos, solummodo in potestate in liberos quaerebat, quam matri haut competiisse, per supra demonstrata, adparet. Neque obstat, quod IMPERATOR etiam per liberos homines acquiri nobis posse adstruat, et exinde, et mater per liberos acquirere posse videatur; Dum per liberum hominem nobis neutiquam

H 3

acqui-

acquiratur, nisi mandato interueniente, vel  
quasi contractu e); Si itaque inter liberos et  
matrem mandatum interueniat, non est acqui-  
stio per liberos, sed per liberum hominem;  
Non enim, in quantum liberi sunt, sed in  
quantum mandatum interuenit, matri acqui-  
suerunt. Nonne autem exinde argumen-  
tum petere licebit? In cit. §. *Institutionum*  
etiam per seruum alienum nobis acquiritur,  
quem bona fide possidemus; A seruis autem  
ad liberos antiquo iure valebat consequentia.  
Ad quae ita respondeo: Omnis possessio in  
praesumptiuo consistit iure; Si quis itaque  
seruum possideat bona fide, praesumptua  
subest potestas, quae causa est acquisitionis  
per seruum bona fide possessum; Quod vero  
bonae fidei possessio totius huius acquisitionis  
fundamentum sit, vel exinde patet, quod  
IMPERATOR alio loco f) dicat: *Ex his itaque  
adparet, per liberos homines, quos neque nostrō iuri  
subiectos habemus, neque bona fide possidemus: Item  
per alienos seruos, in quibus neque usumfructum ha-  
bemus, NEQVE POSSESSIONEM IVSTAM;*  
*NVLLA EX CAVSSA NOBIS ACQVIRI POSSE.*  
Sed haec omnia in matrem non quadrant;

Quum

Quum enim liberi intuitu matris res non  
sint *g*), sequitur in illos quoque nullam ca-  
dere possessionem, et perinde totum huius  
acquisitionis in ea cessare fundamentum.

- a*) Supra Cap. II. §. II.
- b*) Cap. III. §. III.
- c*) Cap. III. §. IV. *ibique adiecta not. b.*
- d*) Pr. J. *Per quas personos cuique acquiritur.*
- e*) §. V. J. *Per quas personas cuique acquiritur.* Vbi IM-  
PERATOR: *Et hoc est, quod dicitur: Per extraneam per-  
sonam nihil acquiri posse: Excepto eo, quod per liberam  
personam (VELVTI PER PROCVRATOREM) placet,  
non solum scientibus, sed et ignorantibus nobis acquiri  
possessionem.*
- f*) §. V. J. *Per quas personas etc.*
- g*) Supra Cap. III. §. IV. *ibique adiecta not. b.*

### §. VI.

Ex deductis facile concludere est, *vsum-*  
*fructum ex bonis liberorum aduentitiis matri*  
*non competere;* Quum enim matri ius ac-  
quisitionis per liberos in totum denegatum  
sit *a*); *Vsusfructus autem in bonis libero-*  
*rum effectus iuris acquirendi per liberos*  
*sit b*); Nullum in modum video, quo iure,  
quoue modo matri *vsusfructus in bonis libe-*  
*rorum aduentitiis iure Romano tribui queat;*  
Quapropter et hoc quidam ad Germaniam  
exten-

extendere voluerunt *c*); De qua tamen re nobis infra se oportunior dicendi praebebit occasio. Quod autem analogiam Romani iuris attinet, haec doctrina ad vnguem eacum conuenit. Nam in legibus hic *vsusfructus* solummodo ac effectus patriae potestatis consideratur *d*); Cuius tamen mater omnino incapax declaratur in §. X. J. de Adoptionibus, vbi expressis verbis IMPERATOR inquit : *Foeminae quoque adoptare non possunt, quia nec naturales liberos in sua potestate habent;* Si itaque mater nec in naturales liberos potestatis capax est, quanto minus ullam potestatem habebit in legitimos? Ex his sine ullis ambagibus deduci potest, matri neutiquam Ius *vsusfructus* in bonis liberorum esse tribuendum. Quapropter et omnes Doctores hocce ad argumentum prouocant ; Inter quos eminent CARPOZOVIVS *e*) aliique, quorum omnium hic mentionem facere, tam infructuosum, quam foret taediosum iis, qui argumentis potius, quam agmine praeiudiciorum conuinci amant. Haec iam de *vsuperfructu* matrum sufficient, paucula tantum adhuc huic materiae de iis bonis, in quibus mise-

misericordia legislatorum mulieribus imaginem quandam vsusfructus in bonis liberorum concessit, scholii loco adspergere liceat.

- a) Vid. Cap. III. supra §. V.
- b) Cap. II. §. II.
- c) Adeas WERNHERVM in *Obseru. Forensibus* Part. III. *Obseru.* CXLI. et LTNCKERVM Decis. DCCCXVI. et in *Resolutione* CCXXXVIII. CCCCXX. et CCCLXX.
- d) L. VI. C. de Bonis quae liberis. *Vbi IMPERATOR: Si quis itaque filius familias, VEL PATRIS SVI, VEL AVI, VEL PROAVI IN POTESTATE CONSTITUTVS, aliquid sibi acquisierit, non ex eius substantia, cuius in potestate sit, ab aliis quibuscumque caussis, quae ex liberalitate fortunae, vel laboribus suis ad eum perueniant: Eas suis parentibus non in plenum, sicut antea fuerat sanctum, sed usque ad usumfructum solum acquirat, et eorum ususfructus quidem apud patrem vel auum, vel proauum, quorum in sacris sit constitutus, permaneat.*
- e) Part. II. Constitut. X. Defin. XIII. num. 7. 8. *De fatis acri illa disputatione, inter eundem et RICHTERV M multa loqui huius loci non est; Quam infra Parte II. pleniori manu dabimus.*

### §. VII.

Praeter illos casus, quos supra attulimus a), vnum saltim et alterum hoc loco in medium proferre liceat: De hoc enim inter Doctores dissensio est: Si pater libe-

I  
ris

ris institutis, vni horum matrem pupillari-  
ter substituerit, ratamne mater ex substitu-  
tione proprietatis iure capiat, an vero iu-  
re vsusfructus? Sunt, qui proprietatem,  
qui vsumfructum matri tantum tribuunt,  
quemadmodum, qui medium tenendo et  
distinguendo rem acu tangere credunt, non  
desunt. BALDVs matri proprietatem ho-  
rum bonorum adsignare nullus dubitat *b*),  
cui eadem facilitate correptus BOERIVs ac-  
cedit *c*). E contrario FRANCISCVS ARE-  
TINVS *d*) matri solummodo vsumfructum  
tribuit; Cui vteriori sententiae accedere  
mallem; Nam, cum ad secunda conuolans  
vota mulier in omnibus bonis ex amore et  
iudicio mariti acceptis, proprietate amissa,  
vsumfructum tantum retineat *e*); Si quid  
autem ad mulierem ex pupillari substitutio-  
ne perueniat, hoc ex iudicio et amore ma-  
riti profiscatur *f*); Etiam in his bonis  
vxorem proprietatem amittere constabit.  
Dubium illud, quod sub pupillari substitutio-  
ne duplex lateat testamentum, patris nimi-  
rum et filii, me non mouet, cum haec tan-  
tum iuris fictio ad heredis institutionem et

CON-


confectionem testamenti pertineat. Idem obtinere recte iudicant Doctores, si vxor post obitum mariti illaesca non maneat in castitate g). Plura adhuc de hoc vxorio vſufructu differenda superercent, quum et plures additiones, et restrictiones, et limitationes, et exceptions, Doctores hic plena manu dare soleant h); Quia vero nobis tantum sermo de vſufructu fuit, ex parentali potestate descendente; hic autem, quem recensuimus, effectus magis odii in matrimonia secunda et misericordiae legislatorum sit, missas has quaestiones omnino facimus, ex republica aliena ad patrios potius lares reuertentes.

- a) Supra Cap. I. §. IV. et V.
- b) Consilio XLII. num. III. et Consilio CCXVI.
- c) Decisione CLXXXVI. num. II.
- d) Consilio XL. in fine.
- e) Supra Cap. I. §. V. et L. III. C. de Secundis nupiis.
- f) Vid. A COSTA ad Cap. Si pater. de Testamento in 6to §. III. num. XIX.
- g) Quod argumento NOVELLAE XXXIX. cap. II. statuit IOANNES VOETIVS D. L. VII. Tit. I. §. VI. Tom. I. pag. m. 459.

68 CAP. III. AN MATRIVSVS FR. IN BON. ETC.

b) Adeas eapropter THOMAM SANCHEZ CORDVBENSEM de Sancto matrimonio Lib. VII. Disput. LXXXIX. num. XV. et seqq. Tom. II. p. m. 308. Si iudicium de hoc autore legere cupis, adeas MAGERVVM im reinen Gewissen pag. 296. BARONIVM in Theologia moralis Part. II. pag. 103. Inprimis autem Virum summe reuerendum CYPRIANVM in der Belehrung vom Vrsprunge und Wachsthum des Pabstthums in der Schutz-Schrift vor die Reformation cap. VIII. §. VI. p. 908. et 909. Abique allegatum PETRVM AVRELIVM Operum, iussu CLERICI GALLICIANI editorum Tom. II. pag. 243. 244. et 240.

**FINIS PARTIS PRIMAE.**



**PARS II.**



## P A R S II.

DE  
VS VS FRVCTVS PARENTVM  
IN BONIS LIBERORVM GENVINO  
FVNDAMENTO SECUNDVM  
IVS PATRIVM.

---

### C A P . I.

PATER SECUNDUM IVS GERMANI.  
CVM EST .TVTOR LIBERORVM SVORVM.

#### §. I.

**C**ONSIDERATO iam vsufructu secundum iura Romana, iniquum foret patrios mores aureos silentio praeterire; Sed inficias ire non possum, totum aliud vsufructus parentum nobis quaerendum esse fundamentum. Quum enim patria, et nulli genti *a*), praeter Romanos visitata potestas totius vsufructus paterni fundamentum es- set; Germani e contrario in tutela caussam huius emolumenti parentalis quaesuerent.

I 3

Qua-

Quapropter haut inutile fore iudico, si pauca de tutela Germanorum, nostrum paeprimis finem tangentia delibemus. Non, ut mihi videtur, conçinniorem descriptionem tutoris ex mente Germanorum inuenies, illa, quam nobis exhibet Diploma Donationis duarum Siluarum iuxta villam HORENBERG, quas cum consensu tutorio Dynastæ duo in Querfurt BVRCHARDVS et GEVERHARDVS, fratres, hospitali cuidam pauperum donant b); Vbi his verbis BVRCHARDVS BVRGGRAFIVS Magdeburgensis, eorum tutor, describitur: *Qui nostram in omnibus propter annos pueriles gerit vicem.* Optime sane officium tutoris depictum esse existimo, non sollicitus de tutelae definitione reali et completa, ad scopum scilicet nostrum non necessaria, dum non de tutela, sed de usufructu parentum hic nobis sit sermo. Sufficiat, Germanos in gestione vicaria omnium negotiorum maximum tutelae quaesiuisse momentum. Quod adeo curate obseruarunt, ut interdum et illos, qui maiorenibus adiutrices manus in administratione praebuerunt, tutores appellauerint. Ita HYGO COMES, LDOVICI IMPERA-

PERATORIS, ORBI dicti, et CAROLI CONSTANTINI tutor nominatur, cum tamen Coadministrator tantum regni a LUDOVICO III. IMPERATORE, tunc temporis pene annum quadragesimum tertium gerente, et una director morum CAROLI CONSTANTINI, adhuc iuuenis, viuo patre electus fuerit c).

- a) Quod ipse IMPERATOR in §. II. J. *de patria potestate* fatetur;
- b) Diploma ipsum anno M C C X V I I . subscriptum extat apud Illustrēm Cancellarium PETRVM A L V D E W I G in Reliquiis M Storum Tom. V. pag. 91. num. LXVI.
- c) Idem adnotauit GVNDLINGIVS in GVNDLINGIA-  
NIS Part. XIII. §. IX. Tom. III. pag. 197. Commu-  
nem errorem, CAROLVM CONSTANTINVM ex BL-  
GIVA, vxore LUDOVICI ORBI fuisse, GVNDLIN-  
GIVS cit. loc. §. X. et seqq. refutauit; Vbi etiam et  
LUDOVICI ORBI et HVGONIS dicti stemma ex-  
hibetur.

### §. II.

Facili itaque negotio videbimus, qua ratione patri in liberos Germani tutelam tri-  
buerint; Quum enim Pater omnia vice li-  
berorum gesserit, antiquitus non immerito credebant, patrem liberorum suorum legitimi-  
mum esse tutorem. Miram Romanos, si in  
vitam redire iis liceret, rem hancce non pu-  
tatu-

tatuos mihi persuadeo; Cum iis ignotum non, vt potius visitatissimum esset, in pupillos emancipatos paternam tutelam suscipere *a*), nec inaudita plane huic genti tutela parentum in suos esset *b*). Apud Germanos res extra omnem dubitationis aleam posita est; Clarissimi enim textus legum nobis, vti mox videbimus, in promtu sunt, ex quibus parentalis haec tutela argumentis probari potest certissimis *c*); Vnum tantum alterumque Legum patriarchum locum hic adducere liceat.

*a) S. vn. J. de legitima Parentum tutela.*

*b) Praeprimis in peculio Castrensi, si filius furiosus sit. L. fin. C. de Curatore furioso.*

*c) De Effectibus huius tutelae dicendi locus hic non est, quum de unico tantum effectu eius, usufructu nimis nobis sit agendum; Hoc tamen scholii loco praeterire nolo, quosdam adeo a via aberrasse, vt huic tutelae vitae necisque ius tanquam effectum tribuerint, in loco quodam CAESARIS de Bello Gallico praefidium querentes, qui extat Lib. VI. cap. XIX. Viros, ibi dicit, in uxores pariter ac liberos vitae necisque habuisse potestatem. Qui eandem, quam de Gallis CAESAR refert, potestatem, et reliquis Germaniae populis tribuunt, argumentum petunt ab origine, quam cum Gallis eandem habuerunt reliqui Germani a Celtis. Originem hancce nec negare volo, nec possum: argumentum vero exinde ductum mihi non*

non videtur sufficiens, quia GALLI non tam casti religiosique legum patriarcharum conseruatores fuere; Sed potius eos Caesaris temporibus ex Romanorum placitis hanc vitae necisque potestatem adoptasse existimo: Omniño enim hae theses romanam olen rem publicam.

### §. III.

Si CAPITVLARIA REGVM FRANCORVM intuemur, pater non aliter considerabatur, ac tutor liberorum suorum legitimus. Audiamus ADDITIONEM IV. Cap. CXIX. et CLXII. a). *Quicunque res alienas cuilibet homini vendiderit, et ipse homo easdem res alicui alteri dederit, siue vendiderit, et ipse, qui tunc easdem res comparatas habet per malum ingenium b), proprio filio aut alteri cuilibet, NEC DVM LEGITIMOS ANNOS HABENTI, iustitiae tollendae caussa tradiderit, volumus atque firmiter praecipimus, ut si pater eiusdem paruuli vixerit, IPSE INTRET IN CAVSAM RATIONEM REDDENDI PRO FILIO SVO.* Statim itaque videmus hisce ex verbis, patrem defensionem filii impuberis secundum CAPITVLARIA in se suscipere debere. Idem vero de alio tute, patre mortuo, requiritur, quam ob caussam textus ita pergit: *Si autem pater mortuus est, tunc legitimus eius propinquus,*

K

pinquus, qui iuste ei tutor aut defensor esse videtur,  
pro ipso RATIONEM REDDERE compellatur.  
Idem ergo officium tutori et patri tribui-  
tur c); Et perinde adparet, patrem pro tu-  
tore fuisse antiquitus habitum.

- a) Apud BALVZIVM in *Capitul. Regum Francorum* Tom. I.  
pag. 1219. 1228. et 670.
- b) Haec verba per malum ingenium, mihi hic malam  
fidem denotare videntur; Non exclusis probabiliori-  
bus sententiis.
- c) Idem textus exhibetur iisdem verbis in *Legibus Longo-  
bardorum* Libr. II. Tit. XXV. cap. IV. apud LINDEN-  
BROGIVM in *Codice legum antiquarum* pag. 620. 621.

#### §. IV.

Si vero tibi CAPITVLARIA in totum sa-  
tisfacere non videantur, LEGES WISIGOTHO-  
RVM a), omne quod restat dubium, e medio  
erunt ablature. Verba nostri textus, si tibi  
placet, ipsa intueamur, dulcius enim ex fonte  
ipso babitur: *Quod si*, inquit, *marito superfite*  
*vxor forsttan moriatur, filii, qui sunt de eodem con-*  
*jugio procreati, IN PATRIS POTESTATE CON-*  
*SISTANT.* - - - *Quod si pater nouercam super-*  
*duxerit, quia valde indignum est, ut filii eius patris*  
*potestate vel gubernatione relicta, in alterius T VI-*  
*TIONEM deueniant, filios suos pater ille, qui nouer-*  
*cam*

*cam induxerit, non relinquat b); Sed filios et res eorum iuxta superiorem modum TUTTIONIS, ordine regat. Quid vero hac lege clarius? Ab initio enim textus patri post obitum vxoris potestas in liberos, seu, quod idem est Germanis, tutela legitima tribuitur et circa finem textus noster, ut rem eo certiorem reddat, potestatem hanc vocare tuitionem non dubitat.*

a) *LEGES WISIGOTHORVM Lib. IV. Tit. II. §. XIII. Apud LINDENBROGIVM in C. LL. antiquarum pag. 80. et 81.*

b) *Non possum, quin conformitatem, cum iuribus Romanis hic deprehensam, indicem. Nonne IMPERATOR in L. V. Pr. C. de Secundis Nuptiis inquit? Negotia liberorum viriliter administrare concedimus, etiam si pertenent eis etiam in exercitu, nouercam liberis superinduxerit. De matre vitricum inducente idem non valebat; Sed recordor, haec ad nostrum institutum haut pertinere. Interim plura de odio in nouercas vitricosque lecturus, adeas VLRICVM HVBERVM in Digressionibus Iustinianiis, Part. I. Libr. III. Cap. XII. §. III. pag. m. 181. et seqq.*

### §. V.

*Aliam quoque probationem pro paterna  
hac tutela nobis suppeditant Decreta BVR-  
CHARDI a); Vbi ita inquit b): Virgines, quae  
ante XII. annos INSCIIS MVNDIBVRDIS SVIS*

K 2

*sacrum*

sacram velamen capiti suo imposuerint, et ILLI  
 MVNDIBVRDI annum et diem hoc tacendo consen-  
 ferint, in sancto proposito permaneant, et si in piae-  
 dicto anno et die pro illis se proclamauerint, peti-  
 tione eorum adsensus praebetur, nisi forte Dei ti-  
 more tactis, cum eorum licentia in religionis habitu  
 perseverent. Sed tu inquies: Quid haec ad  
 nos? nam si quae verba ibi reperiantur, ad  
 quae recurrere tibi liceat, sunt illa INSCIIS  
 MVNDIBVRDIS, nec haec mihi satisfacere  
 videntur; Nam primo tibi incumbit, hisce  
 sub verbis parentes intelligi, deinde mundi-  
 burdos tutores vocatos fuisse, demonstrare.  
 Vtrumque vero aequo suscepturus sum  
 animo. Supra iam docuimus, ex CONCILIO  
 TRIBVRIENSI hoc caput defumtum esse c);  
 Quapropter optimum erit ad fontem ipsum,  
 ad CONCILIVM nimirum TRIBVRIENSE  
 Canon. XXIV. d) recurrere: Vbi extat:  
Quaecunque Virgo SVB PATROCINIO ante  
 annos XII. non coacta, sed propria voluntate sa-  
 crum velamen sibi imposuerit, annumque et diem,  
 nullo repetente velata permanerit; Ab eodem san-  
 ctio habitu ulterius non recedat, sed sponsa vero  
 Regi Christo, immaculato agno, ulterius incorrupta  
 et im-

et immaculata seruiat. Si vero idem patronus post annum et diem sanctum propositum corrumpere, et velatam studuerit repetere, atque Christo suam sponsam rapere, secundum praeslituta Canonum iudicamus, ut vires non obtineat, sed Christo Regi suam sponsam relinquat. Si quis de Virginibus velatis curiosius et diligentius inuestigare perstiterit, insistat capite decimo sexto Carthaginensis sancti Concilii, et nonagesimo tertio Africani. In Carthaginensi Decimo sexto continetur: *Vt ante vigesimum quintum annum virgines non consecrentur: In Africano nonagesimo tertio: Vt quicunque Episcoporum, alia urgente necessitate, vel periculo mortis angustante, aut EXIGENTIBVS PARENTIBVS, aut bis ad quorum curam pertinet, velauerit, seu velauit, ante vigesimum quintum annum aetatis virginem, non ei obfit concilium, quod de isto annorum numero constitutum est, quin velata et consecrata permaneat.* Satis perinde ex hoc Canone videmus BVRCHARDVM sub verbis INSCIIS MVNDIBVRDIS etiam parentes et per consequentiam patrem in mente habuisse; Quum non solum ab initio CANONIS, patrocinii, sed etiam circa finem clarissima parentum fiat mentio. Praeterea quoque ex autore ipso

K 3

pates-

patescit eiusdem intentio. Si enim antecedentia et consequentia quasi in vnum colligere placet, in neruum statim sensus autoris nostri penetrabis. Cap.I. Libr.VIII. de illis agit, quos *vnuſ aut ambo parentes sanctae religioni tradiderunt*. In capite autem ipso hunc in modum loquitur: *PARENTIEBVſ fane filios suos religioni contradere, non amplius, quam vsque ad duodecimum aetatatis eorum annum licentia poterit effe*. In capite secundo iterum sermo est de *Virginibus, quae sponte non coactae parentum imperio habitum religionis suscepereunt*. Idem fit Cap.III. et IV. vnde deinde in Capite X. loco parentum, voce, *INSCIIS MVNDIBVRDIS vtitur*. In sequentibus autem ex capitibus idem per totum librum VIII. adparet, quemadmodum ex Capite XXVII. videre est, praeprimis autem ex Capite XC VIII. vbi notabilibus fane verbis parentes et tutores in eandem classem coniiciuntur: *Puella si ante duodecim annos aetatis sponte sua sacrum ſibi velamen adsumſit, poſſunt ſlatim PARENTES VEL TVTORES EIVS id factum irritum facere ſi volunt*. Satis itaque superque conſtat, *BVRCHARDVM sub MVNDIBVRDIS etiam parentes subintellexiffe*.

a) Libro

- a) Libro VIII. cap. X. fol. 115. b. Prodiit hic liber rarissimus, quem ex instructissima, magnoque iudicio selecta Bibliotheca Illustris BVDERI nostri communica-tum accepi, Coloniae ex Officina MELCHIORIS NO-  
VESIANI anno 1548. Vixit hic Autor, natuitate HASSVS, Episcopus Wormatiensis, seculo vndecimo,  
mortuusque ex aliorum mente XX. Augusti anno aer.  
Christi MXXIV. aliorum iterum X. Octobr. MXXVI.  
b) Caput hocce X. ex CONCILIO TRIBVRIENSI Cano-  
ne XXIV. desumptum est.  
c) Hoc ipso Paragrapho Adnotat. praecedente.  
d) Habitum anno Christi DCCCXCV. et exstat apud  
HARDVINVM in Actis Conciliorum et Epistolis Decre-  
tibus. Tom. VI. Part. I. pag. 446. lit. E. Prodiit  
magnum hocce opus ex Typographia Regia Parisis  
anno MDCCXIV.

## §. VI.

Probandum igitur nobis superest, sub  
MVNDIBVRDIS tutores quondam fuisse intel-  
lectos, cuius vocis genuinum sensum paucis  
vt eruamus necesse est. Ex BVRCHARDO  
autem ipso argumentum petere liceat, tui-  
tionem, tutelam, et mundiburdum idem  
significasse: Ita enim cit. Autor Libr. VIII.  
Cap. XLII. (*loquitur de foeminitate, quarum ma-  
riti obierunt, ut non cito se velent*) inquit inter  
alia: *Et post tricesimum diem, per consilium Epis-  
copi sui, vel si Episcopus absens fuerit, consilio alio-  
rum religiosorum sacerdotum, suorumque amico-  
rum*

rum id quod eligere debent, eligant: Et, ut rogetur PRINCEPS a sacro conuentu, ut hi, qui publicam egerunt poenitentiam, et FOEMINAE, QVAE VROS AMITTUNT SVA AVTORITATE DONEC DELIBERENT, QVID AGANT TVEANTVR, et specialiter pro his CAPITVLA fieri, et LEGIS MVNDANAЕ CAPITVLIS inferenda decreuimus. Mentio hoc loco apud BVRCHARDVM fit tutionis et si CAPITVLARIA a) intuemur, ad quae in fine prouocat, non ibi de TVTIONE, sed de MVNDIBVRDIO sermo fit; Ut ideo videamus, Capitularia vocasse mundiburdium, quod BVRCHARDO erat tuitio. Ex ipsa autem voce MVNDIBVRDIVM apareat, nihil aliud, quam tutelam subintelligi: Ab antiquis enim vocabulis MVNDIVM et BORDA MVNDIBVRDIVM compositum esse non tam probabile, quam verisimillimum est: MVNDIVM enim, a MVND, (quod idem est, ac pax, tuitio, tutela, patrocinium), protectionem et tutelam inuoluit b); BORDA autem Domum, aedes, tugurium denotat lingua Saxorum antiquissima c); Quemnam autem latet, antiquitus pupillos in domo tutorum suorum fuisse educatos. Hinc inde MVNDI-

BVR-

BVRDIVM ex antiqua Saxonum lingua, si probabiliter concludere licet, mihi idem fuisse videtur, ac tutela, siue tuitio in domo tutoris. Plura loca de MVNDIBVRDIO et MVNDIBVRDIS adducere, quibus rerum Germanicarum scriptores scatent omnes, taediosum, si non plane inutile foret d).

a) Apud BALZIVM in *Capitularibus* Tom. I. pag. 450.  
Vbi CAROLVS MAGNVS hoc viduis, orphanis, et minus potentibus promittit: *Vt Viduae, et orphani, et minus potentes sub Dei defensione et nostro MVNDIBVRDO pacem habeant, et eorum iusticias acquirant.*

b) Luculenter hoc ex LL. LONGOBARDORVM Lib. I. Tit. IX. §. XII. XIII. et Lib. II. Tit. XI. et XXI. §. XX. aliisque antiquarum legum notabilibus locis docet CAROLVS DV FRESNE in *Glossario* voc. MVNDIVM Tom. II. p. m. 698.

c) DV FRESNE in *Glossario* voce BORDA Tom. I. p. m. 587.

d) Si vero plura de MVNDIBVRDIS et MVNDIBVRDIO legere cupis, adeas eapropter PAVLVM MATTIAM WEHNERVM in *Obseruationibus selectis* voc. Mundbar, Mundbirde, pag. m. 373. ibique allegatum GOLDASTVM in *Rational. Conf. Imperial.* fol. 22. BESOLDVM in *Thesauro Practico* voc. Mundbar et Mundburt pag. m. 651. Vt et GOLDASTVM scriptoribus Rerum Alemannicarum Tom. III. p. 112. Edit. SENCKENBERGIANA.

### §. VII.

Tempus nos itaque ad probandam nostram thesin revocat: Quemadmodum au-  
tem

L

tem in prouinciis Consuetudinariis a) Galiae, purius antiquos mores, quam apud nos ipsos, seruari, Doctores Iuris Germanici testantur ad vnum omnes; Ita non minimam probationem pro tutela paterna operabitur, consuetudines quasdam Gallicas adducere. Sed quid CONSVETVDINIBVS TVRONENSIVS clarius? Vbi disertis verbis Patri tutela in liberos tribuitur b): *Entre gens coutumiers les enfans sous l'age de puberté, sçavoir est les masles sous l'age de quatorze ans, les filles de douze, aprez le decez de leur mère demeurent et sont EN LA TUTELLE NATURELLE ET GOVERNEMENT DE LEUR PERE, qui a droit de prendre le revenu et emolument des heritages des mineurs, a la charge seulement, de les nourrir, entretenir, pourchasser leurs choses necessaires et payer les charges de leurs heritages.* Idem legimus in CONSVETVDINIBVS CAMERACENSIVS c): *Le PERE ou la mère est BAILLISTE d), OU TUTEUR ET ADMINISTRATEUR NATUREL de leurs enfans mineurs etc.* Quorsum etiam collimant CONSVETVDINES MONTARCHIENSES e): *Au regard des non nobles, s'ils ont enfans ensemble de leur mariage, LE SVRVIANT a la garde des mineurs etc.* Pro eadem

eadem veritate faciunt CONSVETVDINES  
EVRGVNDICAE f): Et AUSSI LE PERE EST  
LEGITIME ADMINISTRATEUR *des corps et  
biens de ses enfans, et apres le trespas de sa femme etc.*  
Idem patescit ex BVRBONENSIBVS g): LE  
PERE EST ADMINISTRATEUR LEGITIME  
*des biens maternels et advenitiis de ses enfans estans  
en sa puissance etc.* Satis haec fortia argu-  
menta pro tutela paterna in liberos suos prae-  
bere mihi videntur; Licet ex antiquarum  
rerum Patriarum scriptoribus, huc spectantia  
in sequenti paragraphe tradenda nobis  
supersint.

- a) Quae apud Gallos *Les Pays Cottumiens* audiunt. Vid.  
de hac re CLAVDIVM DV PRE in Originibus Francicis  
Lib. V. cap. V. pag. 102. et Illustr. HEINECCIVM in  
Elementis Iuris Germanici. Tom. I. Prooem. §. X. in not.  
pag. 7. et 8.
- b) Tit. XXXII. Artic. CCCXLVI. Quas legisse memini  
apud Illustr. ESTOREM, Praeceptorem pietatis cultu de-  
venerandum omni; Part. XI. derer kleinen Schrifften, im  
3ten Bande, pag. 422.
- c) Tit. VI. Art. III. Apud eundem Illustr. ESTOREM cit.  
loc. pag. 423.
- d) BAILISTE idem significat, ac tutorem, qui pupillorum  
praeficitur tam actionibus, quam bonis eorundem di-  
rigendis. Vox enim BAILISTE ex latina gallicaque  
dialectu mixta mihi videtur, quemadmodum plura  
eiusdem originis documenta in Gallica lingua repe-  
riunt-

- riuntur. Nam BAIULVS Baiulum denotat; Baiulus autem quendam, qui puerorum curam gerit, indicat. DV FRESNE *Glossario* voc. BAIVLVS et BAILIVS Tom. I. p. m. 434. Neque eorum deriuatio omni ingenio destituta est, qui a BALLISTA instrumento quodam iaculatorio, BAILISTE desumere amant; Quum et manu pupillos defendere tutorum antiquitus fuerit.
- e) Chap. XXI. Art. XXX. Apud Illustr. ESTOREM cit. loc. p. 423.
- f) Tit. des *Enfans des plus lits* Art. VII. Apud Illustr. ESTOREM cit. loc. pag. 424.
- g) Chapitre XVI. Art. CLXXIV. Apud eundem Illustr. VIRVM cit. loc. pag. 424. et seq.

### §. VIII.

Clarissima quoque duo huius rei documenta nobis seruauit GOLDASTVS a) EX LEGE ALAMANNORVM b). Priori enim in Capite expressis verbis etiam in liberos, ex rapta ab alio progenitos, priori marito tutela hisce tribuitur verbis: *Si quis liber vxorem alterius contra legem tulerit, reddat eam, et cum LXXX. solidis componat. Si autem reddere noluerit, cum CCCC. componat eam.* Et hoc, si maritus prior voluerit, et si antea mortua fuerit, quam maritus eam quaefierit, cum CCCC. solid. componat. Si autem ille raptor, qui eam accepit sibi vxorem, ex ea FILIOS AVT FILIAS, antequam soluat habuerit, et ille FILIVS mortuus fuerit, aut illa FILIA, illi PRISTINO

STINO MARITO illum FILIVM cum Weregeldo soluat: Si autem viui sunt, non sunt illius, qui eos genuit, sed ad illum PRIOREM MARITVM MVNDIO PERTINEAT. Ex altera vero lege eundem in modum prono fluit alueo, parentibus in liberos tutelam competuisse. Ut eo iustior nostra conclusio appareat, verba legalia ipsa adiicere non erit inutile: Si quis filiam alterius, non despontatam, acceperit sibi vxorem, si pater eius eam requirit, reddat eam, et cum XL. solidis eam componat. Si autem ipsa foemina, sub illo viro mortua fuerit, antequam illi MVNDIVM APVD PATREM ACQVIRAT, soluat eam patri eius CCCC. solidis. Et si filios aut filias genuit ante mundium, et omnes mortui fuerint, ununquamque cum Weregeldo suo componat patri foeminae. Quomodo autem maritus a patre MVNDIVM in vxorem acquirere posset, si LEGE ALEMANNICA idem patri non tribueretur.

a) GOLDASTVS Scriptoribus Rerum Alemannicarum Tom. II. Edit. SENCKENBERGIANA pag. 18.

b) Capit. L. et LIII.



L 3

CAP. II.

## C A P. II.

MATER ETIAM SECUNDVM IVS PA-  
TRIVM TVTRIX LIBERORVM SVORVM POST  
OBITVM MARITI EST.

## §. I.

MAGNA sane inuidia quondam Doctorum iuris Ciuilis fuit, omnia, quae patriis ex consuetudinibus sunt, Romanis euincere argumentis; Neque haec audacia illis saepius suffecit. Adeo enim eorum processit proterua, vt casta Germanorum placita Romanum ad palatum mirum in modum accommodarent, quadrata rotundis miscerent, tantumque in dubietatem charum nostrum ius coniicerent, vt difficile interdum sit iudicatu, quid Romanum, quidue sit Germanicum. Eadem fata nostra tutela matrum experita est, cuius vix umbra per varia discrimina rerum nostrum attigit seculum; Adeo, vt plurimis extra omnem dubitationem res esse videatur, quod mater ex iuribus Romanis hodienum ad tutelam admittitur; Vanum illud *sogyns* principium tutelae maternae adhuc in multis Doctorum cerebris, quibus te nebrae

nebrae medii aeui adhaerent, triumphat :  
Quum tamen scire potius deberent, matrem  
neutiquam apud nos ex dispositione Iuris  
Romani, sed ex limpidissimis patriis princi-  
piis tutricem esse liberorum suorum. Vnum  
saltim alterumque argumentum pro nostra  
hac veritate in medium proferre liceat, ne  
solo studio nouitatis commoti haec statuisse  
videamur. Primo enim matri iure Germano-  
nico plane alio ex fundamento tutela adscri-  
bitur, quam Iure Romano ; Iure enim Ro-  
mano propter affectionem naturalem in libe-  
ros, tanquam singulare beneficium, attribui-  
tur, quum alias Vxor i non licuisset tutelam,  
quae Romanis munus erat publicum, gerere.  
Iure autem Germanico nihil aliud, quam  
continuata potestas in liberos est ; Eandem  
enim potestatem vxoribus, quam quae patri  
tribuebatur, in liberos adsignari inter Iuris  
Germanici peritos certissime constat  $\alpha$ ). De-  
inde quoque luculentum theseos nostrae do-  
cumentum est: Quod tutela materna longe  
ante tempora receptionis Iuris Romani in vul-  
gus nota fuerit. Quum autem Ius Romanum  
tantum in subsidium ex vnanimi ICtorum

CON-

consensu valeat, non immerito axioma hocce  
mere Germanicum praemisimus : Vxores  
nimirum tutelae liberorum suorum apud nos  
beneficio legis Romanæ non, sed legum pa-  
triarum praeesse. Quid igitur mirum, si ean-  
dem non ad Perticam Romanam, sed ad men-  
tem solummodo patriorum placitorum ac-  
commodemus ? De Iuribus de hac re Polo-  
nicis, Hungaricis, Anglicis, Austriacis, Bo-  
iicis, Wurtembergicis, Rothwilensibus, Wor-  
matiensibus, Solmensibus et Dresdensibus  
iam nihil dicemus, quum ea plus erudite, an  
eleganter, dubium est, ab Illustri Cancellario  
*a LVDEWIG fuerint proposita b).* Antiquis so-  
lummodo ex Legibus et Historia Germanica  
quaedam ut addamus documenta, necesse est.

*a) Illustr. Cancellarius Dominus a LVDEWIG Opusculor.*  
Tom. II. Libr. IV. pag. 1090, not. cc.

*b) Opusculorum Tom. II. Libr. IV. Opusc. IV. pag. 1119.*  
et sequentibus.

## §. II.

De LEGIBVS WISIGOTHORVM res tam  
certa, quam quae certissima est, matres libe-  
ros in tutela habuisse. Nam primo, Libr. IV.  
Tit. II. §. XIII. *a)* ita legimus: *Patre mortuo filii*

IN

IN MÄTRIS POTESTATE CONSISTANT et  
Libr. IV. Tit. III. b) *Si patre mortuo in minore  
aetate filii relinquuntur mater eorum tutelam, si  
voluerit, recipiat. Si tamen in viduitate perman-  
serit, ita ut de rebus filii debitis inuentarium fa-  
ciat, per quod postmodum filii hereditatem sibi de-  
bitam quaerant.* Eadem principia quoad tu-  
telam legitimam maternam seruarunt BVR-  
GVNDIONES, maternam curam ad neminem  
meliori iure, quam ad eam, quae liberos in  
potestate habet, spectare credentes; Quapropter sancitum Tit. LIX. legimus c): *Ne-  
pos, amissō patre, cum rebus omnibus ad cui ordina-  
tionem vel sollicitudinem conseratur. Ea tamen  
ratione, si mater eius secundas nuptias crediderit  
eligendas. Ceterum si nubere, electa castitate, distu-  
lerit, filii cum omni facultate IN EIVS SOLATIO-  
NE POTESTATE CONSISTANT.* Idem ex  
TITVLO LXVI. §. II. d) euinci potest: *Si  
vero puella sine patre maritum acceperit, fratres  
non habens, placuit, ut de WITTEMON e), tertiam  
partem mater accipiat, et alteram tertiam proxi-  
miores parentes.* Quod WITTEMON propter  
potestatem in filiam matri soluendum mihi  
videtur. Omnium vero clarissima Lex est

M

Tit.

**Tit. LXXXV. §. I. f)** *SI MATER TUTELAM  
EVSCIPERE VOLVERIT, nulla ei parentela prae-  
feratur.* Perinde mater omnibus reliquis  
ascendentibus in tutela propter naturalem  
potestatem in liberos fuit praelata. In legi-  
bus quidem BAIIVVARIORVM expressis verbis  
matri tutela non tribuitur; Ast, quum pro-  
babile haut videatur, eas matrem a tutela  
exclusisse; Germanorumque fuerit, sibi ipsis  
simillimas sequi consuetudines; Et denique  
eandem portionem fructuariam, quae alias  
pro tutelae onere matri cedebat, in LEGIBVS  
BAIIVVARIORVM matri adsignatam videa-  
mus; Nulli dubitamus, quin matri etiam  
LEGIBVS BAIIVVARIORVM tutelam competi-  
sse adstruamus. Videas modo LEGEM BA-  
IIVVARIORVM Tit. XIV. §. VI. g). *Viduae,*  
*si post mortem mariti in viduitate permaneant,*  
*aequalem inter filios suos, id est, quallem unus*  
*ex filiis, VSVFRVCTVARIAM habeant portio-*  
*nem, usque ad tempus vitae suaee VSVFRV-*  
*CTVARIO IVRE possideant et §. VII. b):*  
*Quodsi mater ad alias nuptias forte transierit,*  
*ea die VSVFRVCTVARIAM PORTIONEM,*  
*quam de bonis mariti fuerat consecuta, filii in-*  
*ter*

ter reliquias res paternas, qui ex eo nati sunt con-  
iugio, vindicabunt.

- a) Apud LINDENBROGIVM in Codice Legum Antiquarun pag. 80. in fin.
- b) Apud EVNDEM cit. loc. pag. 85. in fin.
- c) Apud EVNDEM pag. 292.
- d) Apud EVNDEM pag. 294.
- e) De eo maxime dubitatur inter Iuris Germanici peritos, quid WITTEMON fuerit; DV FRESNE in *Glossario* voce WITTEMON, Saxonibus antiquis PITVMA, PEOTOMA, vel POETIMA, PEOTVM, PITVUM audiuisse, detemque significasse testatur, SPELMANVM in *Glossario* secutus. Quocum etiam conuenit LINDENBROGGIVS in *Glossario* voce WITTEMON pag. 1499. Qui ex WILLERAMO *Cantic. Canicor.* cap. III. illud probare intendit. Illustris autem HEINECCIVS in Elementis Iuris German. Lib. I. §. CLXXXI. Pro quolibet pretio vel mercede illud sumit. Sed meas meditationes, tantorum ingeniorum fructibus, adsuere si licet, dixerim: DV FRESNII et LINDENBROGII conceptum nimis angustis limitibus circumseptum esse; Illustris autem HEINECCII explicacionem latius patere, quam par est. Quod enim priorum sententiam attinet, noster textus iam obstat, matri enim fratribus deficientibus WITTEMON solendum fuisse docet; Quis autem diceret, maritum matri vxoris dotem constituisse? quae sane nostrae legis mens esse nequit. LINDENBROGII autem argumentum ex WILLERAMO, non tam solidum, quam ingeniosum mihi videtur; Quum ibi et aliud quam dos intelligi queat. Neque argumenta adsunt Illustri HEINECCIO, quae me in eiusdem partes trahant, nam loca haut inuenimus, ex quibus videre

M 2

nobis

nobis liceat, omne genus pretii sub WITTEMONE  
fuisse intellectum. Mihi potius videtur, omnia  
bona a marito, qua marito, profecta WITTEMON  
audiuisse. Quapropter et pretium, pro sponsa paren-  
tibus soluendum, nostro in textu denotat. In WIL-  
LERAMO itaque *einen Mahlschatz* indicat. In LEGI-  
BVS BVRGVNDIONVM Tit. LXIX, et LXXXVI. §. II.  
Iterum pro pretio pro sponsa soluendo sumitur. Idem  
dicendum de ADDITIONE I. L. BVRGVNDIONVM  
Tit. XIV. Aliis vero in locis dotem exprimit. Ab  
hoc vocabulo WITTEMON Germanicum nostrum  
verbum *Witthem* originem traxisse mihi persuadeo.

f) Apud LINDENBROGIVM loc. cit. pag. 300.

g) Apud EVNDEM pag. 426.

h) Apud EVNDEM pag. 429.

### §. III.

Quemadmodum autem, ut supra a) do-  
cuimus, insigne de antiquis moribus docu-  
mentum praebent Consuetudines Gallicae;  
Ita non inconcinnum erit, vnam saltim et  
alteram hoc adducere. Ita CONSVETVDI-  
NES TVRONENSES Tit. XXXII. Articulo I.  
in fine sonant b): *Et pareillement lesditz mi-  
neurs apres le deces de leur pere cheent en TUTEL-  
LE NATVRELLE DE LEURS MERE, qui a  
pareilz droictz, et charges que dessus. AVRELIA-  
NENSES CONSVETVDINES idem seruare  
patet ex Tit. I. cap. XXXVII. c): Legitimi Tu-  
tores*

tores hi sunt: Pater, MATER, auus, auia, ceterique adscendentes. Et Eod. Tit. cap. XXXVIII. Datui, quos Baillifros nostri vocare solent, hi sunt: MATER aut auia nobiles At praeter matrem et auiam fatisdantes reliqui bona mobilia fruclusque non acquirunt: Sed in rem liberorum penitus conueriti debent. Neque aliud dispositum est in CONSVETVDINIBVS BITVRIENSIRVS Tit. I. §. VI. d): Item entre gens nobles le bail de mineur et pupille appartient a son pere. Et apres le deces de son pere APARTIENT A SA MERE durant sa viduite seulement: Ja soit ce quelle soit mineur de vingt cinc ans. Et §. IX. e): Item et quand LA MERE, OU AYEUILLE, QUI A LE BAIL DE SON ENFANT mineur et pupille, se marie, elle perd le bail, et auient ledict bail au plus prochain parent dudit mineur selon l'ordre et maniere dessus declarée. Possemus quidem plures textus harum consuetudinum inuenire, possemus quoque adductis contenti esse; Sed vt harmonia legum Germanicarum eo melius in oculos incurrat, quid Iuris sit secundum CONSVETVDINES BVRGVNDICAS, et vnicum saltim locum IURIS ANGLICANI in medium sumus prolaturi. In

M 3

CON-

CONVENTUDINIBVS BVRGVNDICIS Tit.  
 des enfans de plusieurs lits. Art. VI. f) ita  
 legimus: Entre Bourgeois, marchans, et au-  
 tres gens non nobles, LA FEMME APRES LE  
 TREPAS DE SON MARI, EST TVTRICE, si  
 bon lui semble, et prend la tutelle par autorité de  
 justice, par la quelle justice lui sont bailez lesdits  
 biens par inventaire, en baillant caution suffisante  
 d'en rendre compte reliqua ausdits enfans, où a  
 leurs hoirs, quand ils seront en age suffisant, tel que  
 dessus, si par le pere n'y est autrement pourueu.  
 Mirum quoque in modum Leges Angli-  
 canae germanicam originem diffiteri ne-  
 queunt. Alium locum praeter ea, quae  
 Illustris Cancellarius PETRVS a LVDEWIG  
 de tutela materna adduxit ex COWELLO g),  
 inferere hic liceat: Omnibus praesertim Pater  
 in custodia filii sui primogeniti. Si enim heredi-  
 tas minori tali viuo adhuc patre suo, proueniat:  
 Licet terrae, si teneantur per servitium mili-  
 tare, in custodia domini feudi sunt, ipse heres ta-  
 men apud patrem manet. §. I. Mater etiam mi-  
 noris, qui per Socagium h) tenet, in custodia here-  
 dis, et terrarum quoscunque anteuerit agnatos  
 cognatosque.

g) Supra

- a) Supra Part. II. Cap. I. §. VII.
- b) Apud IOANNEM SAINSONIVM pag. 219. vid. quoque *Edit. Tit. Art. II. et III. pag. 220. Edit. DIONTSIL GOTHOFREDI*, quae Francofurthi An. MDXC VIII. prodiit. Vbi quoque de Inuentario ab initio huius tutelae confiendo, et secundis maternis nuptiis dispositum inuenies.
- c) Apud BTRRHVM ANGLEBERMAEVVM pag. 22. *Edit. GOTHOFREDI Francof. MDXC VIII.* Hoc tamen singulare quoddam est, quod CONSVETVDINIBVS AVRELIANENSIBVS et forores ad tutelam admittantur. Vide modo sis Tit. I. cap. LI. pag. 27.
- d) Apud NICOLAVM BOERIVM pag. 14. *Edit. GOTHOFREDI Francof. MDXC VIII.*
- e) Apud EVNDREM pag. 20.
- f) Apud CHASSANAEVVM qui Francofurthi an. MDXC. prodiit pag. 827. Et apud Illustr. ESTOREM in dritten Bande der kleinen Schriften pag. 422.
- g) In *Institutionibus Iuris Anglicani* Libr. I. Tit. XVII. Quae Cantabrigiae prodierunt anno MDGV. pag. 37.
- h) Quid SOCAGIVM sit, explicat ipse COWELLVS cit. loc. Libr. II. Tit. III. pag. 85. et a vomere (*ein Pfleg*) id deriuat.

## §. IV.

Non tamen defuere etiam Gentes Germanicae, quae alias in partes euntes, non aequa fauorablem sententiam pro matribus fouverunt; Quas inter antiquissimi Franci et Saxones referri posse videntur. SAXONVM enim LEGEM, si intuemur Tit. VII. §. I. seqq. plane

plane alia a nostro proposito tractat<sup>a)</sup>: Nam ita inquit: *Pater aut mater defuncti filio non filiae hereditatem relinquit.* §. II. *Qui mortuus viduam reliquerit, tutelam eius FILIVS, quem ex alia Vxore habuit, accipiat:* *Si is forte defuerit, qui frater est defuncti:* *Si frater non erit, proximus paterni generis, vel eius consanguineus.* Perinde IVRE SAXONICO mater plane a tutela exclusa erat, quinimo, si vidua secundas appeteret nuptias, pretium filio tutori soluendum erat, quemadmodum ibidem ex §. II. aparet. EX LEGE SALICA idem elici posse videtur; Quum vero variae lectiones in hoc textu occurrant, differentiae hae, vt eo clarius elucescant, diuersarum editionum textum adiiciemus.

**Ex LINDENBRO-**

**GII Codice LL. anti-**  
**quarum Tit. XLVI.**

**pag. 334.**

**DE REIPVS.**

**S**i quis homo moriens viduam dimiserit, et eam quis in coniugium voluerit

**Ex Codice veteris-**

**simo GVELFERT.**  
**TAN O ap. ECCAR.**

**pag. 132.**

**DE REIBVS.**

**S**i quis, ad-  
solit, ho-

**Ex HEROLDI et**  
**deinceps WENDE-**  
**LINI Editione Tit.**  
**XLVII. apud EC-**

**CARDVM p. 86.**

**seqq.**

**DE RE-IPVS.**

**S**i, vt fieri solet,  
homo moriens vi-  
duam dimiserit,  
et eam quis in coniu-  
gium

luerit accipere, ante-  
quam eam accipiat  
Tunginus (b. c. Deca-  
nus) aut Centenarius  
mallum indicent, et in  
ipso mallo scutum habe-  
re debent, et tres homi-  
nes causas tres deman-  
dere; Et tunc ille, qui  
viduam accipere vult  
cum tribus testibus qui  
approbare debent tres  
solidos aequa pensantes  
et denarium habere  
debet, et hoc factu, si  
eis conuenit, viduam  
accipiat.

§. II. Si vero ista  
non fecerit, et sic eam  
aceperit, illi, cui rei-  
pus debetur, IID. den.  
qui faciunt sol. LXII.  
culp. Iud.

§. III. Si autem,  
quae superius diximus  
omnia secundum legem  
impleuerit, et tres so-  
lidos et denarium ille,  
cui reipus debetur ac-  
ceperit, tunc eam legi-  
time accipiat.

§. IV. Hoc diser-  
nendum videtur, cui  
reipus debeatur.

§. V. Si nepos fue-  
rit sororis filius senior,  
ille reipus accipiat.

§. VI. Si vero ne-  
pus non fuerit, nepitis  
filius

MO MORIENS

VIDVAM DIMIT

SERIT, QVI

EAM NOLVE.

RIT ACCIPERE

ANTEQVAM AC-

CIPITVR SOL.

III. ANTE TVN-

GINE VEL CEN-

TENARIO, HOC

EST VT TVN-

GINVS VEL CEN-

TENARIUS IN-

DICAT ET MAL-

LVM IPSVM

SCVTVM ABE-

RE DEBIT ET

III. SOL. AEQVOS

PENSANTES,

QVI

gium voluerit ante-  
quam eam accipiat

Tunginus aut Cente-

narius Mallum indi-

cent et in ipso Mallo

scutum habere debet, et

tres homines vel cau-

sas mandare, et tunc

ille qui viduam acci-

pere vult cum tribus

testibus, qui approbare

debent tres solid. aequa

pensantes, et denarium

habere debet. Et hoc

sacto si eis conuenit vi-

duam accipiat.

§. II.

Si vero ista non fe-

cerit, et sic eam acce-

perit MM D dena-

rios, qui faciunt

solid. LXII. cum di-

midio culpabilis iu-

dicetur.

§. III.

Si autem, quae su-

perius diximus omnia

secundum legem imple-

verit, et tres solidos et

denarium ille cui rei-

phe debetur acceperit,

tunc eam legitime ac-

cipiat. Hoc diser-

nendum videtur cui

Reipus debeatur. Si

nepos b) fuerit, soro-

N ris

filius senior illo accipiat.

§. VII. Quod si nepitis filius non fuerit, consobrinae filius, qui ex materno genere venit, ipse accipiat.

§. VIII. Si autem nec consobrinae filius fuerit tunc auunculus frater matris reipsum accipiat.

§. IX. Si vero auunculus non fuerit, tunc frater illius, qui ipsam mulierem antea habuerat, si in hereditatem defuncti fratris id est mariti mulieris illius, venturus non est reipsum accipiat.

§. X. Quod si nec ipse fuerit, tunc, qui proximior fuerit post superius nominator, qui sigillatum secundum parentes illam dicti sunt vique ad sextum geniculum, si in hereditatem illius mariti defuncti non accedat, ipse reipsum accipiat.

§. XI. Si autem nullus nisi post sextum geniculum proximus fuerit, in fiscum ipse reipsum vel causa, quae inde orta fuerit, colligatur.

QVI PROFERAT

ET III. ERVNT,

QVI IPSOS SOL.

PENSARE DE-

BENT AVT PRO-

BARE ET HOC

FACTVM SI EIS

CONVENISSET

IPSI QVI VI-

DVAM QVAE-

RIT ACCIPIAT.

Reliqua ECCARDVS  
graues ob causas  
expunxit.

ris filii, senior ille accipiat; Qui si nepitis filius non fuerit, Consobrinus filius, qui ex materno genere venit, ipse accipiat. Si vero auunculus non fuerit tunc frater illius, qui ipsam mulierem antea habuerat, si in hereditatem defuncti fratris, id est mariti mulieris illius, venturus non est, ipse Reipsum accipiat. Quodsi nec ipse fuerit, tunc, qui proximus fuerit, superius nominatis, sui sigillatum secundum parentes illam dicti sunt, usque ad sextum geniculum, si in hereditatem illius mariti defuncti, non accedat ipse reipsum accipiat.

Quum

Quum vero omnium mentio fiat, quibus reipus soluendus est, matre exclusa, omnino videtur, matris in potestate filiam hanc non fuisse. Quum autem vetustissimum sine dubio exemplar, CODEX GVELFERBYTANVS, ECCARDI manum passus fuerit, ipsum autem manuscriptum inspicere mihi nondum contigerit, ad Editionem LINDENBROGIANAM et HEROLDI me conuerto. Sed harum secundum textum mater praemortua mihi videtur praesupponi; Nam et pater ibi excluditur et frater, quod tamen credendum non est, patri tutelam in filiam ex LEGE SALICA non competisse. Matrem igitur tutelae exfortem fuisse, hac ex lege euinci posse, mihi non videtur. Nec me argumentum mouet, quod LEGIBVS SAXONVM matri tutela non competierit, quae tamen Lex aeque FRANCIS originem debet c). Quum CAROLVM M. se moribus SAXONVM, iis legem ferendo, vt rationes politicae in iis, qui noua acquirunt imperia postulat, accommodasse vel maxime probabile sit; Ut ideo non statim hoc SAXONVM placitum pro testimonio consuetudinum inter FRANCOS


N 2                    haben-

habendum sit. Neque me in alias trahit partes, quod ECCARDVS REIPVM filio ipso viduae tribuat, et in Commentario ad cit. L. voce *Reipus* pag. 86. illum ad eos tantum spectare contendat, qui viduam in potestate habent; Quum suae emendationis nullam plane reddat rationem, in vtraque vero Editione, et HEROLDI, et LINDENBROGII nulla filii fiat mentio. Quod autem LEGEM SAXONVM attinet, negandum non est, temporibus CAROLI M. matrem tutelam inter Saxones non habuisse, sed iam alii ante me obseruarunt *d*), Saxones posthaec ab hac doctrina recessisse.


a) Apud LINDENBROGIVM Cod. LL. Antiquarum pag. 476.

b) Ita sequentia emendauit ECCARDVS pag. 89. *Si possefforis filius fuit, accipiatur: Si vero non fuerit, nepos accipiatur. Si vero nepos non fuerit, sororis filius; Si ille non fuerit, neptis filius; Senior si fuerit, ille accipiatur. Qui si neptis filius non fuerit, consobrinus filius.* Et vt eius intentio eo dilucidior fiat, sequens praestruxit Schema:

Auun-



Non tamen video, cur magnum illud ingenium, EC-  
CARDVS rationem ordinis in Lege Salica constitutam  
turbauerit. Lex enim Salica secundum sequens Sche-  
ma reipum accipi innuit:



c) Illustr. KOPPIVS in Hist. Iuris Part.V. Epochā III. p. 209.

d) Illustris HEINECCIVS de Vſu fructu Materno &c. §. XXI.

### §. V.

Idem etiam in Germania, et populos in-  
ter, ad Consuetudines Germanicas suas actio-

N 3 nes

nes componentes, omni tempore seruatum  
fuisse, testantur Historici. Ita BRUNCHIL-  
DEN REGIS THEODEBERTI et THEODE-  
RICI auiam et tutricem fuisse Gallos inter-  
legimus *a*); Facile itaque concludi potest,  
quanto libentius Galli matrem ipsam ad tu-  
telam liberorum suorum vocauerint. Plura  
huius rei exempla inter GERMANOS FRAN-  
COSQUE collegit VITTORIO SIRI Tom. III.  
*Mercur. Libr. II.* *Della REGINA ALIX b)*,  
*Tutrice del RE PHILIPPO suo filio e Reggente,*  
*della REGINA BIANCA c)*, *madre del RE S.*  
*LVIGI, due volte Reggente, e della REGINA GIO-*  
*VANNA d)* moglie del RE CAROLO V. *e final-*  
*mamente di MARIA DI MEDICI e)*, *madre del RE*  
*LVIGI DECIMO TERZO.* Quibus adhuc  
pauca exempla adiicere liceat. Quem fugit  
HENRICVM IV. adhuc minorem, matris sub  
tutela fuisse f)? Quis historiae tam ignarus  
est, vt eum lateat exemplum THEOPHA-  
NIS g), et matris, et Tutricis IMPERATORIS  
OTTONIS III.? Et quemadmodum SARMA-  
TVM RESPVBLLICA nunquam Germanica-  
rum Legum impatiens fuit, ita et in illa exem-  
pla maternae tutelae non desunt, quorum  
vni-

vnicum, de RIXA nimirum REGINA *b*), tutelam CASIMIRI, MONACHI dicti, subeunte adduxisse sufficiat. Quum autem difficile munus tutela, paeprimis inter illustres sit, ita huius rei FRANCI non ignari, matri quempiam in tutela adiungere solebant; Hi enim in regno semper matri Maiorem Domus adiiciebant *i*), vtpote NANTECHILDIS, vxor DAGOBERTI, cui maior domus AEGAMA consiliis dabatur, luculento est testimonio.

*a)* Fuit quondam BRVNECHILDIS filia ATANACHILDIS VISIGOTHORVM IN HISPANIA REGIS, et coniux SIGEBERTI I. qui METIS regnauit. Conf. D' ACHERT in Spicilegio Tom. II. pag. 362. 365. et 366. Subiisse autem tutelam necesse est, in THEODEBERTVM AVSTRASIORVM REGEM et THEODERICVM II. nepotes suos, post annum Aer. Chr. DLXXX. vid. GOLDASTVM in Scriptor. Rerum Alemannicarum pag. 105. vbi quoque pag. 107. error HEPIDANNI notatur, qui in Annalibus pag. I. BRVNECHILDEN auiam SIGEBERTI III. nominat. Quibuscum etiam ex voto GOLDASTI conuenit WALAFRIDVS STRABVS Abbas Augiensis de vita B. Galli Confessoris Libr. I. cap. III. Errat perinde VITTORIO SIRI Tom. III. Mercur. Libr. II. si BRVNECHILDEN Madre del Re THEODOBERTO et THIERRI nominat. Horrenda tandem morte extincta est BRVNECHILDIS. Vid. s. THEODORICVM EREMITAM de Vita S. Magni Confessoris Sodalis apud GOLDASTVM Scriptor. Rerum Alemannicarum, Edit. SENCKENBERGIANA Tom. I. Part. II. pag. 192.

*b)* Quae

- b) Quae, si fuit, mater et tutrix PHILIPPI II. REGIS GALLIAE fuit, qui anno aetatis XV. et Aer. Chr. MCLXXX. regnum nactus est. Vid. GVILIELMVM DE NANGIS in *Chronic. ad annum MCLXXX.* apud D' ACHERT *Spicilegio* Tom. III. pag. 12. Edit. quae PARISIIS apud MONTALANT ad Ripam P. P. Augustinianorum prope pontem S. Michaelis prodiit anno MDCCXXIII.
- c) BLANCA ex Domo CASTILIAE, coniux LVDOVICI VI. REGIS GALLIAE, tutelam in filium suum LVDOVICVM, SANCTVM dictum, qui tunc temporis annum vix XIV. adimpleuerat, suscepit anno Aer. Chr. MCCXXVI. Vid. MARTINVM FULDENSEM in *Chronic. ad ann. MCCXXVI.* apud ECCARDVM in *Corpo Historico Medii aevi* Tom. I. pag. 1705.
- d) CAROLVM V. vxorem quandam Ioannam duxisse, non memini. Ita vnice ISABELLAE, IMMANVELIS PORTVGALLIAE REGIS ac MARIAE CASTELLANAЕ filiae, fit mentio. STRVVIUS in *Corpo Historiae Germanicas* Per. X. Sect. IV. §. CV. pag. 1081. Ni si forte CAROLO occulta quaedam GIOVANNA fuerit; Quam tamen in rem inquirere nec modestiae, nec paginae ratio permittit. Adire licet MENCKENIVM in *diff. de Naeuis Politicis Caroll V.* Lipsiae 1706.
- e) MARIA MEDICIS, DVCIS FRANCISCI FLORENTINI filia, HENRICI IV. REGIS GALLIAE coniux, in filium LVDOVICVM XIII, tunc temporis minorenem, tutelam anno post S. O. R. MDCX. suscepit. Integral tractationem de hac Regina exhibuit FRANCOIS EVDES DE MEZERAI *Histoire de la Mere et du fils, c'est a dire, de Marie de Medicis, Femme du Grand Henry et Mere de Louis XIII. Roi de France et de Navarre.* Amstelod. anno 1730. II. Tom. in 12mo.
- f) Nimirum in tutela AGNESIAE, matris suae. vid. ALBER-

- ALBERTVM STADENSEM ad annum MLVI. et  
MLVII. CHRONIC. LAVRISHEIMENSE pag. 128.  
vt et ANNALISTAM SAXONEM ad annum MLVI.  
apud ECCARDVM in *Corpo Historico* Tom. I. pag. 489.  
De AGNESIA plura inuenies apud HEPIDANNVM  
ad annum MXLV. GOLDAST. *Scriptor. Rev. Alemannic.*  
Tom. I. p. 71. et in CHRONIC. REG. PANTALEONIS  
ad ann. MXLIV. apud ECCARDVM cit. loc. p. 903.  
g) Vid. LAMBERTVM SCHAFFNABVRGENSEM ad an-  
num DCCCCLIX. Neptis fuit IOANNIS IMPE-  
RATORIS GRAECORVM apud ANNALISTAM  
SAXONEM ad annum DCCCCLXXI. ECCARD.  
loc. cit. pag. 322. et vna cum OTTONIS III. Auia,  
ADELHEIDA, tutelam in filium suum suscepit anno  
Dni. CMLXXXV. DITMARVS Lib. IV. p. 349. et 351.  
h) CVREO in Annalibus Silesiacis Part. I. pag. 38.  
i) FREDEGARIVS cap. LXXIX. et LXXX.

### §. VI.

Supereft, vt, omiffis omnibus ambagi-  
bus, saltim indicemus, quibusnam modis  
tutela parentum inter Germanos finita fue-  
rit; Quemadmodum autem Parentum tu-  
tela in liberos solummodo obtinuerit ob id,  
quod liberi propter imbecillitatem iudicii  
suis rebus ipſi superesse non possent <sup>a)</sup>; Ita  
facile perspectu est, hanc tutelam in Ger-  
mania finiri statim, ac liberi eam in aeta-  
tem incident, in qua eorum iudicium fami-  
liae regundae sufficit; Quod exinde co-  
gnosci

O

gnosci poterit, si propria quadra viuere incipiunt; Et hoc est, quod Doctores dicunt, apud Germanos per separatam oeconomiam parentalem potestatem desinere *b*); Quumque filiae etiam separatam oeconomiam nubendo intrent, nullum est dubium, in filiabus per nuptias hanc tutelam parentum finiri, easque in potestatem maritalem transire *c*); Et licet Germanis capitis deminutiones, emancipationes, et arrogationes aequae notae fuerint, ac nobis Characteres Sinensium plerumque esse solent, attamen iis non defuere alii modi, quibus tutelae parentalii finis imponebatur. Ita nuptiis secundis matris eiusdem tutelam finiri, non sine solidis argumentis credebant, et adhuc credunt *d*); Quemadmodum quoque Bannitis ab Imperio tutelam in liberos veterius tribuere contra iuris Germanici analogiam fuisset *e*); Ut de iis mentionem haut faciam, qui furiosi, mente capti, prodigi, iamque mortui sunt, quum iam fine mea interpretatione intelligatur, has personas omnes, quae partim plane non amplius existunt, partim ipsae defectu iudicii laborant, vt suis rebus superesse neque-

icio

queant, aliis non esse praeficiendas, qui consiliis alienis indigent prudentioribus. His de tutela parentum, tam patris, quam matris peractis, tempus nos vocat, ut proprius ad finem nostrum tendamus, et si quaedam in duobus praecedentibus capitibus iusto latius prosecuta cuiquam videantur, is sciat, neminem tuto aedificium erigere, cuius non antea satis durable iecit fundamentum.

a) Vid. Supra Part. II. Cap. I. §. I.

b) Iam hoc temporibus TACITI notum fuisse, legimus, de Moribus Germanorum cap. XIII. vbi quoque ritus exhibentur, quibuscum paterna tutela finita fuit. Ibi enim TACITVS: *Nihil autem, neque publicae, neque priuatae rei, nisi armati agunt. Sed arma sumere non ante cuicunque moris, quam CIVITAS SVFFECTVRVM probauerit.* Tum in ipso concilio vel principum aliquis, vel pater, vel propinquus scuto frameaque iuuenem ornant. Haec apud illos ioga, hic primus iuuentae bonos. Ante hoc domus pars videntur, mox reipublicae. Idem post longi temporis interuallum, mutatis licet solemnitatibus, testatur IVS PROVINC. SAX. Libr. I. Art. XI. cuius explicationem infra pleniori manu dabisimus, et Libr. I. Art. XIII. ita SPECULATOR: SVNDERT der Vater oder die Mutter einen ihrer Sohn oder Töchter von ihm mit ihrem Gute, sie stündern sich mit der Kost oder nicht, wollen sie nachs Vaters oder Mutter Todt, ihr Erbtheil wieder ansprechen, der Bruder gegen die Brüder, oder die bemahnte Tochter gegen der unausgestalten Schwester, sie müssen in die Theilung wieder einbringen mit ihrem

ihrem Eyd alles das Gut, da sie mit abgesündert waren, ob es fahrend Habe ist, sondern Gerade. Et IVS PROVINCIALE SVEVICVM inter alia ita loquitur Cap. CCLXXXII. Edit. BERGERIANA p. 100. So tailt er es gleich under Weyb und under Chind, und ye der Sele ir Tail also sol er tailen sein varundes Gut dew Chind dew die iünger Frau pey im hat sterbent dew Ee daz sy tze irn Tagen chöment dew erbent der Chind Gut kommt aber dew Chind tze iren Tagen, so tund sy wol mit irm Gut was in Gut ist.

c) Vxores enim a marito emtas esse, iam mihi TACITVS innuere videtur de Moribus Germanorum cap. XVIII. Vbi ita eorum sponsalia depingit: Intersunt parentes et propinqui, et munera probant, et paullo post: Inter haec munera vxor accipitur. Et paucis interiectis, concludendi nobis TACITVS ansam praebet, nuptiis parentalem potestatem desisse: *Ipsis incipientis matrimonii auspiciis admonetur, venire se laborum periculorumque sciam, idem in pace idem in proelio passuram ausuramque.* Et cap. XIX. ita: *Vnum accipiunt maritum, quomodo unum corpus, unamque vitam.* Tandemque Cap. XX: *Inter eadem pecora; In eadem buno degunt; Donec aetas separat ingenuos virtus agnoscat; Sera iuuenum venus, eoque inexhausta pubertas;* NEC VIRGINES FESTINANTVR. Et Nuptiis vxorem in potestatem mariti venisse LEX ALAMANN. cap. LIII. probat. Vid. supra Part. II. cap. I. §. vlt. not. a. Quibuscum conueniunt IVS PROV. SAX. Libr. I. Art. XXXI. *Wann ein Mann ein Weib nimbt, so nimbt er sie in sein Gewehr, und alles ihr Gut zu rechter Vormundschaft.* Et IVS PROVINCIALE SVEVICVM Cap. CCLVII. cit. Edit. pag. 20. *Das ist davon gesetzt, das der Man seins Weybes Vogt ist und ir Mayster.*

d) THOMASIVS de Vsu Præstico doctrinae Inst. *Quibus modis Patria potestas soluitur.* Cap. II. §. IV.

## CAP. III.

## C A P . III.

TVTELAE PARENTVM EFFECTVS  
VS VSVCTVS EST, PERINDE TAM PATRI  
QVAM MATRI COMPETIT.

## §. I.

**Q**VVM vero tutor omnem vicem sui mun-  
dii gereret <sup>a)</sup>, non inique Germani cre-  
debant, tutori fructus tutelae eius pro one-  
re esse tribuendos, ita tamen, ut alimenta  
pupillo praeberet sufficientia, et impensas in  
rem pupilli ferret. Iam nobis non de tu-  
tela omnimoda sermo est, sed, cum de paren-  
tali tantum in hac dissertatione pauca loqui  
nostrum sit propositum, de legitima tutela  
id saltim adstruamus, reliqua tutelae genera  
etiam fructuum perceptionem secum tulisse,  
aliorum tractationi relinquentes. De legi-  
tima tutela tam certum est, quam quod cer-  
tissimum, tutores fructus percepisse, quo-  
cum Doctores conueniunt ad vnum omnes.  
Actum igitur agere nolumus, nec quae am-  
plius in dubium non vocantur, longa serie  
ruminare; Hoc tantum hoc paragrapho ad-  
struere conamur, multa emolumenta hanc  
tute-

O 3

tutelam adferre, maximeque regulis Politices conuenire. Nam, quum praeter educationem pupilli prima cura in tutela sit, ut res pupillares saluae conseruentur, non melius Germani medium inuenire potuissent hocce; Deminutis enim rebus pupillorum, et tutorum fructus deminuti fuissent; Quo tutores quoquis modo alliciebantur, res pupillares in meliorem statum perducere; Nec pupillo inde daminum imminebat, lucrum enim, quod tutor inde capiebat adeo magnum, deductis impensis omnibus, esse non poterat; Et maior sane diligentia adhibetur negotiis, quae non plane sunt gratuita, studio perfectionis semel hominibus innato; Neque maiora emolumenta pupillo, si tutor fructus non detrahit, speranda sunt; Nam praeter ea, quod tutor, vbi nullos fructus percipit, si tutela grauis est, salario petere possit, et si non grauis est, gratuita quoque sit eius negligentia, praeter ea dico, nemo tam sagax est, qui omnes tutorum, in rationibus conficiendis, fraudes detegere posset, vel letque, nullo allectus emolumento: Quae incommoda sane longe minutum illud ex frustibus

Etibus commodum superant. Utinam igitur omnes gentes tutelam tales habuissent, et adhuc in suis foris conseruassent, fortasse non tantae pupillorum querelae super perfidia et tutorum et magistratum orirentur, quibus hodie multis in locis fora personant. Sed quid haec ad nos, quorum ad arbitrium nemmo peruersos mores mutabit; Ea potius, quae adhuc tanquam ex naufragio in nostris foris triumphant, via cum suis fontibus, paragraphis sequentibus sumus proposituri.

a) Part. II. Cap. I. §. I.

b) Vid. Illustrēm Cancellariū PETRVM A LVDEWIG  
in Differentiis Iuris Romani et Germanici in fructibus  
atribuendis tutelae fructuariae.

### §. II.

His praestructis, perspectu difficile haut est, quā ratione tam patri, quam matrī vsumfructum in bonis liberorum tribuerint. Quum enim tam Pater a), quam mater b) tutores liberorum suorum fuerint legitimi; Tutela autem legitima apud Germanos fructuaria fuerit c); Illis quoque vſusfructus in bonis liberorum denegandus haut erat. Licet autem nostra praefens demonstratio pro fun-

fundando vsufructu in bonis liberorum iam  
iam sufficeret; Attamen in parentibus hu-  
ius vsufructus et tutelae peculiaris ratio  
suberat, quae vsumfructum huncce suadebat,  
quam paucis hoc tantum paragrapho sumus  
prosequuturi. Quem latet, plerasque apud  
gentes Germanicas communionem bono-  
rum inter coniuges, partim vniuersalem, par-  
tim particularem obtinuisse *d*)? Et haec  
sane non minima erat huius vsufructus  
causa *c*). Cum enim morte alterius coniu-  
gis coniux superstes in communione bono-  
rum, condominio, et compositione existe-  
ret *f*), non potuit, quin condomina aut  
condominus vi sui Dominii fructus percipi-  
peret. Ex quibus iam sequentes habemus  
generales propositiones: Vbi tutela paren-  
tum obtinuit, et adhuc obtinet, tutelaque  
legitima fructuaria fuit, aut communio bo-  
norum inter coniuges obtinuit, ibi etiam,  
tam pater, quam mater vsufructuarium ius  
in bonis liberorum, et exercuerunt, et exer-  
cent. Deinde, in quantum communio haec  
vel vniuersalis vel particularis inter Gentes  
Germanicae originis introducta fuit, in tan-  
tum

tum quoque vsusfructus vel bona saltim quae-dam, vel omnia affecit. Quibus ex princi-piis in sequentibus paragraphis facile erit diiudicatu, vbinam locorum, et in quantum vsusfructus in bonis liberorum patri matri-que sit tribuendus.

- a) Supra Part. II. Cap. I.
- b) Supra Part. II. Cap. II.
- c) Part. II. Cap. III. §. I.
- d) Communione hanc obtinuisse apud „*Wisigothos*, „*Francos*, „*Saxones*, et „*Westphalos*, „*Suevos*, „*I. Lubecens*, „*Slesvicensi*, „*Holsatios*, in „*Saxonia inferiori*, in „*Thuringia*, „*et Terris Anhaltinis*, in „*Marchia*, „*Pomerania et terris Mecklenburgicis*, „*Helvetia*, in „*Francia*„, testatur, legibusque probat Illustris HEINECCIVS Elementis Iuris Germanici Tom. I. Libr. I. a. §. CCLXVII. vsque ad §. CCLXXXI. inclus. pag. 217. - 228. Integrarum autem tractationem huius materiei nobis dedit HOFFMAN-NVS de Communione Bonor. Coniug. IOANNES EICHE-LIVS diff. de Communione Bonorum inter Coniuges. Helm-stadii 1669. IOANNES HEESER de Bonorum impri-mis. Adquæstuum Coniugalium Communione ac diuisione Francof. 1678. VI et PETRVS SANZ A MORQUECHO de Communione et diuisione Bonorum in Societate conuen-tionali coniugali Francof. 1607.
- e) Quod iam ante me Restaurator ille Iuris Germanici SCHILTERVS agnouit Exercitat. ad D. III. §. X. not. d. Praeter rationem tutelae et administrationis etiam alia adhuc erui potest ex Iure Germanorum successorio, quo coniuges sibi succedebant, in usufructu bonorum defundi, de quo alias.

P

f) IVS



f) IUS PROVINC. SAXON. Lib. I. Art. XXXI. *Mann und Weyb haben nicht gezveyet Gut zu ihrem Leibe, et paullo post: Wenn ein Mann ein Weib nimbt, so nimbt er sie in sein Gewebr. Vocem autem Gewebr Condor- minium, compositionem denotare, in vulgus no- tum est.*

### §. III.

Huius loci est, vt, quibusnam in locis haec vſusfructus species obtinuerit, indice-  
mus, antiqua iura boni ordinis cauſa praemittentes, nouioraque ad sequentem rei-  
cientes paragraphum. Quum vero vſusfructus ibi obtineat, vbi tutela legitima fructua-  
ria fuerit, et communio bonorum regnaue-  
rit a), rationem videmus, cur sequentes po-  
puli vſumfructum tutelae parentum tanquam  
effectum tribuerint. Quapropter in LEGI-  
BVS WISIGOTHORVM b) haec deprehendi-  
mus: *Mater si in viduitate permanerit, aequalem inter filios suos, id est, qualem unusquisque ex filiis suis vſufructuario iure de facultate mariti habeat portionem, quam usque ad tempus vitae suae vſufructuario iure possideat. Et alio loco c): Patre mortuo filii in matris potestate consistant. Qued si marito superflite vxor forsitan moriatur, filii, qui sunt de eodem coniugio procreati in patris potestate*

con-

consistant, et res eorum si noueram non superduxerit, ea conditione possideat, ut nihil exinde aut vendere, aut euertere, aut quoconque pacto alienare praesumat; Sed omnia filiis suis pro suo iure percipiat, et una cum ipsis filiis suis communibus consumat expensis. Et LL. BVRGVNDIONVM d): Ceterum si nubere electa castitate distulerit, filii CVM OMNI FACVLTATE in eius solatio et potestate consistant. EX LEGIBVS BAIVVARIO-  
RVM e) et NORMANNORVM f) idem compertum habemus. Haec de antiquis Legibus sufficient, non tamen credas, apud citatas tantum gentes hunc vsumfructum fuisse usitatum, vt tibi potius persuadeas, ad omnes pene gentes germanicae originis tutelam hanc fructuariam extendendam esse, cum apud plerasque, et tutela paterna materna-que, et communio bonorum obtinuerit. Sed, his relictis, ad propiora nostris temporibus iura accedimus, ne, in antiquis solummodo haerentes, vtiliora omittamus.

a) Part. II. Cap. III. §. II.

b) Lib. IV. Tit. II. §. XIV. Apud LINDENBROGIVM Codice Legum Antiquarum pag. 81. vid. quoque Lib. IV. Tit. III. §. IV. pag. 85. Quem textum nimis longum hic inserere pagina haur permittit.

P 2

c) Lib.

- c) Lib. IV. Tit. II. §. XIII. Apud LINDENBROGIVM loc. cit. pag. 80.
- d) Tit. LIX. LINDENBROG. pag. 292. vid. quoque de hac re Tit. LXII. pag. 293. et Tit. LXXIV. pag. 295. apud LINDENBROGIVM.
- e) Textum iam supra inseruimus Part. II. Cap. II. §. II. in fin.
- f) Cap. XXXII. §. IX. et XIX. Apud Illustrem Cancelarium PETRVM A LVDEWIG Reliquis MStorum Tom. VII. pag. 231. et 233.

## §. IV.

Easdem consuetudines sancte conseruant CONSVENTUDINARIAE PROVINCIAE GALLIAE, quarum vnam alteramque tantum hic inserere liceat. Ita in CONSVENTUDINIBVS BITVRICENSIBVS a): Itemque le baillife de son droit durant le temps de son bail, FAICT LES FRVICTS SIENS des heritaiges du mineur, quil a en bail et aussi tous les meubles dudit mineur lui apartiennent b) et les fait siens sans ce quil soit tenu en rendre compte. Quis igitur dubitat, tam patrem, quam matrem fructus ex tutela liberorum suorum percipere? Quum iam supra probauerimus, vtrumque parentem CONSVENTUDINIBVS BITVRICENSIBVS liberos in tutela habere legitima c). Qui buscum curate conueniunt CONSVENTUDINES

AVRE-

AVRELIANENSES d): *Qui legitimam id genus tutelam suscepere (quae custodia nobilis appellari solet), mobilia bona fundorumque fructus sibi acquirunt, usque in id tempus, quo minores legitimam aetatis metam excesserint, eiusque rei causa ipsos alere, atque educare debent, eiusque omnes necessarias suppeditare.* *Omni insuper alieno aere eos liberare, illorumque praedia colere, neque facere deteriora.* Ad haec cuiuscunque damni impendiue immunes facere, omnium quoque praedictorum causa ita demum satisdabunt, si iugum nouarum subierint nuptiarum et Cap. XXXVIII. cit. loc. in fine e):

*Hi autem omnes laudimia soluent. At praeter matrem et aviam satisdantes reliqui bona mobilia fructusque non acquirunt: Sed in rem liberorum penitus conuerti debent.* De TVRONENSIBVS CONSVETVDINIBVS idem adstruere haut dubitamus; Nam Tit. XXX. Art. VIII. f) Tutori ius capiendorum fructuum tribuitur, et Tit. XXXII. Art. I. g) non solum pater, sed et mater, ad tutelam et simul ad fructuum perceptionem sequentibus verbis vocantur:

*Apres le deces de leur mere demeurent, et sont en la tutelle naturelle et gouvernement de leur pere,*

QVI A DROICT DE PRÉNDRE LE REVENU

P 3

ET

ET ESMOLUMENT DES HERITAGES DES-DICTS MINEURS, seulement *a la charge de les nourrir, et alimenter et querir leurs choses necessaires, et de payer les charges de leur dict heritaiges.* Et pareillement les dicts mineurs apres le deces de leur pere cheent en tutelle naturelle de leurs MERÉ, QUI A PAREILZ DROICTZ ET CHARGES QUE DESSUS. Idem ius parentibus, siue nobiles sint, siue ignobiles secundum CONSVETVDINES BVRGVNDICAS tribuitur; Quod nobiles attinet dispositum inuenimus Rubr. VI. §. V. b) - - et prend tous les meubles de son profit et fait les fructs de heritaiges desdicts enfans siens. Idem inter non nobiles valet, praeter illud, quod bona mobilia minoris non acquirant. Per Rubr. VI. §. VII. i) - - prend les biens desdicts enfans par inuentaire, et demeure obligé de rendre les meubles et heritages a ces dicts enfans, quand ils seront en aage suffisant, et séparé de leur dict pere en faisant les fructs siens. Eandem rem in CONSVETVDINIBVS CAMERA-CENSIBVS, MONTARGIENSIBVS, ANDEGAVENSIVM, BVRBONENSIBVS inuenies apud Illustr. ESTOREM k). Nec in BOHEMIA tutela haec fructuaria ignota est, quemadmodum

dum ex Priuilegio ANNAE REGINAE BOHEMIAE ciuibus PRAGENSIBVS ad S. Ioanniem, concessio, Ius statutarium concernente aparet l): *Si vero quis habens uxorem suam fidelem cum liberis neglexerit id, neque testamentum condiderit, tunc mater eorum liberorum BONIS CVM LIBERIS potiatur eorumque curam agat veluti mater.* Et quis omnia loca GERMANIAE, et extra GERMANIAM, quae GERMANICAE originis gentes occuparunt, enumerabit m)? defessi potius ad inclutam nostram SAXONIAM, sanctissimam patriarcharum Legum conservatricem, reuertimur.

- a) Vid. BOBRIVM Tit. I. §. XI. pag. 22. Et CONVENTU DINES PARISIENSES Art. CCXL.
- b) Hoc effectus communionis bonorum et tutelae est, quod adhuc in quibusdam Galliae prouinciis mobilium proprietas tutori cedat. Vid. Illuстр. ESTOREM im 3ten Bande derer kleinen Schriften pag. 425. et seqq.
- c) Part. II. Cap. I. II.
- d) Tit. I. cap. XXIX. Apud ANGLEBERMAEV M p. 19.
- e) ANGLEBERMAEV S pag. 22
- f) Apud SAINSONIVM pag. 218.
- g) EVNDEM pag. 219.
- h) Apud CHASSENAEVM pag. 826.
- i) Apud EVNDEM pag. 838.
- k) Im 3ten Bande derer kleinen Schriften pag. 423. et seqq.
- l) Diploma ipsum anno MCCCLXIV. conditum extat apud Illuстр. SENCKENBERGIVM Selectis Iuris et Historia-

*istoriarum* Tom. II. pag. 664. et 665. Etiam in feudis tutelam fructuariam obtinuisse, ex charta quadam antiqua videmus apud EVNDEM Tom. IV. pag. 224. num. XXXIX. Quorū collimant, quae infra dictū sumus Cap. IV. §. II. et seqq.

m) Statutario de hoc usufructu quaternione Dissertationum egit HARPRECHT defens. anno 1704., de quibus iudicium rerum germanicarum peritoribus relinquimus. Interim qui plures consuetudines legere cupit, IVSTVM VERACIVM in *Consuetudinibus Bambergensis*, LOCCENIVM in *Iure Suecico*, LAMBERTVM GORIS in *Aduersariis Iuris*, COWELLVM in *Institutionibus Anglicanis* et Illustr. HEINECCIVM *Dissert.* de *Vsufructu materno* audeat.

### §. V.

Iure Saxonico, quemadmodum statim videbimus, tam patri, quam matri ius fructus ex bonis liberorum suorum capiendi competit, licet inter Saxonicos Doctores magna fuerit orta dissensio. Iam fidem promissi nostri soluimus, de Controuersia inter CARPZOVIVM et RICHTERVUM datam: Scripsérat Magnus inter Saxones ille CARPZOVIVS a): *Satis audacter MATTHIAS WESENBECKUS (Vir tam experientia, quam iudicio praepollens) in Paratilis ff. de Tutela n. V. Matres, quae moribus Saxonum bona liberorum iure paterno administrant, fructus inde lucrari, donec liberi adolescent, et ab iis sepa-*

Separantur. Quid accidit? PHILIPPVS ERNE-  
STVS FOERSTERVS sub moderamine, et for-  
tassis etiam ductu, RICHTERI, quondam Or-  
dinarii Academiae nostrae longe meritissimi,  
III. Maii anno MDCXL. disputat, et inter alia  
quaestionem in medium profert, *an matri-  
vusfructus Iure Saxonico, patre e viuis erepto, com-  
petat?* Ad quam affirmando contra CARPZO-  
VIVM respondebat, cuius rationes insufficien-  
tes declarabat. Vix CARPZOVIO Dissertatio  
haec in manus venerat, cum iam refutatio-  
nem meditaretur, quam quoque in *Responsis b)*  
strenue, non aequa modeste, exequebatur,  
quo pondere argumentorum, infra dicendi  
locus erit. Sexennium iam effluxerat, prius-  
quam RICHTERVS noster, quo rerum Germa-  
nicarum forensium tunc temporis peritio-  
rem nominare non audeo, ad refutandum  
CARPZOVIVM accederet, forte CARPZOVII  
exemplo territus, vt primi indignationis im-  
petus paullatim exspirarent, eiusque argu-  
menta, maiori modestia et pondere profer-  
rentur. Tandem ille anno MDCXLVI. mo-  
menta argumentorum suorum contra CARP-  
ZOVIVM in *Decisionibus c)* eruditio orbi com-  
muni-

Q

municabat. Quae principia nostram inclutam Facultatem, vsque ad LYNCKERI tempora sequutam esse inuenies.

a) Part. II. Constit. X Def. XIII.

b) Lib. VI. *Respons. Iur.* Tit. VII. *Respons. LXX.* a num. IV.

vsque ad finem.

c) *Decis. XVIII.* n. XI. et seqq.

### §. VI.

Haec historia controversiae RICHTERVM inter, et CARPZOVIVM est. Iam momenta argumentorum vtriusque Viri ut pondere-  
mus, totamque controversiam, quasi in nuce exhibeamus, necesse est. Audiamus primo CARPZOVIVM cuius argumenta haec sunt:  
I.) Nullus textus adest, qui vsumfructum ma-  
ternum praecipiat; Nam IVS PROVINCIALE  
SAXONICVM Lib. I. Art. XI. non de vsumfructu,  
sed de restitutione bonorum agit. II.) Ab-  
surdum foret cuilibet tutori vsumfructum  
tribuere, quod tamen textus ita explicatus  
inuolueret. III.) Patri iure Patriae Potesta-  
tis vsumfructus competit, quae in matre cessat.  
IV.) Tandem ad autoritatem Facult. Lipsien-  
sium prouocat *a).* Huc vsque CARPZOVIVS;  
Sed audiatur et altera pars: RICHTERI nostri  
argu-

argumenta concinnata pene haec sunt. I.) Ad Lib. I. Art. XI. IURIS PROVINCIALIS SAXONICI prouocat; II.) Ad mores Saxonicos, quos Doctores ante CARPZOVIVM testantur omnes. III.) CARPZOVII conclusio falsa est, quod, quia omnibus tutoribus fructus tribuere absurdum esset, matri hoc ex textu vsusfructus non sit tribuendus. Nam et pater et aliis ibi tutor coniunguntur. IV.) Vsusfructus in Saxonia effectus patriae potestatis non est; Et si effectus talis sit, matri tamen alia ex caussa vsusfructus tribui posset. V.) Tandem RICHTERVS noster ad autoritatem quoque Ienensium prouocat b).

a) Extant haec argumenta partim Part. II. Constitut. X. Def. XIII. Partim *Responsorum* Lib. VI. Respons. LXX. num. IV. seqq.

b) Haec momenta RICHTERI extant Decis. XVIII. num. XI. et seqq.

### §. VII.

Etsi autem inconsultum fere sit, tantorum Virorum controvëris se immiscere, in regno tamen veritatis nullus respectus personarum est, quo beneficio freti, et nostra argumenta, ad RICHTERI partem procliuia, sumus propositi.

Q 2



posituri. Quod Art. XI. Lib. I. IVRIS PROVINCIALIS SAXONICI attinet, in illo cardo totius controuersiae esse mihi videtur, reliqua argumenta tanti ponderis non sunt, licet ea intacta non simus relicturi. Ita verba textus ipsius se habent : *Hält ein Vater seine Kinder in Vormundschaft nach ihrer Mutter Tode, wenn sie sich darnach von ihm scheiden, er soll ihnen lassen und geben alles ihrer Mutter Gut : Es sey ihm dann von Unglück und ohne sein Schuld abgegangen. Dasselbig sol das Weib den Kindern auch thun ob ihr Vater stirbet, und ein ieglich Mann der der Kinder Vormund ist.* Quis autem non videt, hic de triplici tutela sermonem esse, primum nobis tutela patris in liberos proponitur, deinde matris, et tandem cuiuslibet alterius extranei; Quis, inquam, rerum patriarcharum tam ignarus est, quem fugiat, tutelam Germanicam fuisse fructuariam a)? Quum itaque hoc textu matri eadem caussa, nimirum tutela, tribuatur, effe ctum quoque, hoc est perceptionem fructuum, vt habeat, necessè est; Et haec caussa est, quod Doctores ad hunc textum tam pertinaces prouocarent, maleque intellectus est textus a

CARP-

CARZOVIO. Nec me mouet alterum CARPOVII argumentum, quod nimirum talem in modum cuilibet Tutori (non citra omnem absurditatem) vsusfructus tribuendus esset; Nihil enim absurdi continebit, Iure Saxonico antiquo omni tutori tutelam fructuariam attribuere b); Et licet hos circulos confusum Illud Romanum Ius miserandum in modum turbauerit, non tamen exinde sequitur, ergo et matri statim vsusfructus est ademtus. Tertium argumentum ex supra dictis c) reuelliatur; Quum vsusfructus parentum neutiquam effectus patriae potestatis sit, quae sane non ens hodie est, sed potius effectus tutelae et communionis bonorum, quam vtramque in Saxonia deprehendimus. Non igitur CARZOVIO caussa gloriandi erat, maiori fundamento eiusdem niti sententiam. Neque eum iuuat prouocatio ad autoritatem Lipsiensium, quos inter ipse velut inter ignes luna minores erat; Suoque suasui, suoque labori responsa, ad quae tam fortiter prouocat, debemus; Quis autem testi in propria credet caussa? Haec sunt de Saxonia communi; Quid vero Iure Saxonico Ele-

Q 3

ctorali

ctorali obtineat, statim sequenti paragrapho videbimus.

*a)* Supra Part. II. Cap. III. §. I. et seqq.

*b)* Supra cit. loc.

*c)* Part. II. Cap. I. II. et III. §. I.

### §. VIII.

Nullum dubium est antiquioribus temporibus etiam in ELECTORATV SAXONIAE matri vsumfructum in bonis liberorum competisse, licet nunquam Juris Ciuilis asseclae defuerint, qui vsumfructum matri denegarent. Tandem Iure nouissimo tota facies vsumfructus materni in SAXONIA ELECTORALI a SERENISSIMO PRINCIPE ET ELECTORE IOANNE GEORGIO II. in Decis. LXII. *a)* immutata est, fortasse suafu CARPOVII, cuius cum principiis ad vnguem verba Decisionis conueniunt: En! haec sunt: Ob der Mutter und Groß-Mutter wegen der Vormundschaft und gereichten Alimenten die Fruchtneissung aus der Kinder Güthern gebühre? Es ist zwar diese Frage bey denen Rechts-Gelehrten sehr zweifelhaftig und weitläufig disputiret worden, also, daß ihrer etliche in Erwegung der nahen Bluts-Freundschaft, Zuneigung, und schuldiger Ehrerbietung,

tung, und natürlichen Billigkeit, der leiblichen Mutter und Groß-Mutter, welche der Kinder Vormundschafft verwalten, und die nothdürftige Alimente reichen, sowohl als dem Vater die Fruchtnießung in derselben Vermögen, bis sie zu ihren mündigen Jahren gelangen, zuschreiben, und sich neben andern fürnehmlich auf das Land-Recht Lib.I. Art. XI. gründen, darinnen die Mutter dem Vater in der Vormundschafft sowohl, was die Administration derselben als die Ausantwortung der Güther nach der Scheidung betrifft, gleich geachtet wird. Wann aber nach anderer bewährter Rechts-Lehrer Meynung in den Kayserl. Rechten dem Vater einig und allein wegen zustehender Väterlichen Gewalts, dessen die Mutter sich wieder Rechtliche Verordnung nicht anzumassen, die Fruchtnießung zukommt, und gleichwohl an keinen Ort im Sechs. Rechten dasselbe ausdrücklich aufgehoben, noch ein anders verordnet, oder durch beständige erweisliche Gewohnheit darwieder in unsren Landen eingeführet, obgleich im übrigen der Mütterliche Respect und Geborsam billig in seinen Würden verbleibt, so sehen wir keine Ursach, warum wir von gemeinen Rechten, dadurch der Ummündigen Beses gesucht und befördert wird, dieſfalls in unsren Landen abweichen sollen. Ordnen

nen und setzen derowegen biemit, daß die Mutter und Groß-Mutter den Vsumfructum in ihrer Kinder Vermägen, wenn sie gleich die Vormundschaft verwaltet, auch die Kinder mit nothdürftigen Unterhalt biß zu ihrer Mündigkeit zu versehen erbäthig, zu fordern, oder desselben sich anzumassen nicht befugt seyn solle. Idem in DVCATV MAGDEBURGICO et perinde etiam in COMITATV MANNSFELDIAE valet; Quemadmodum ex ORDIN. POLIT. FRIDERICI WILHELMI de dato III. Ianuar. MDCLXXXVIII. patet b). Cap. XLII. §. II. et III. Bey der Erziehung und sonstien soll die Væterliche Gewalt allerdings in ihren Kræfftten bleiben und vermæge derselben der Vater ohne der Obrigkeit Special-Confirmation und Vorstand sich der Fruchtnießung in seiner Kinder mütterlichen und andern ererbten Güthbern anzumassen haben, biß dieselbe zu ihren Iahren kommen, eigene Haushaltung aufstellen, und sich von den Vater sondern, ob sie ihm auch gleich Knecht- oder Mægde-Dienste leisten, doch daß er die Kinder gebührend verpflege, wenn sie ihr Brodt nicht freywillig bey andern Leuten suchen wollen, massen in dessen Verbleibung er des Vsusfructus verlustig wird, der ihm doch verbleibet wenn die Kinder vor sich Belieben tragen, ihren

ihren Unterhalt anderswo zu erlangen, ob er gleich anderweit beyrathet. Nach Absterben des Vaters aber soll weder der Mutter, vielweniger nach derselbigen tödtlichen Hintritt der Groß-Mutter die Fruchtniessung in bonis liberorum aduentitiis zu kommen. Quod tandem Ius Lubecense attinet, et quemadmodum matri secundum illud vsusfructus tribuatur, late tradit ME VIVS c).

- a) Data haec Decisio cum reliquis est die XXII. Junii anno MDCLXI. et extat apud LVNIGIVM in Codice Augustaeno Part. I. pag. 325. Quod iam antea implicite dispositum erat in der Waysen - Amts - Ordnung de anno MDCLX. apud LVNIGIVM Cod. Augustaeno Part. III. p. 242. Vbi mater iam rationes ad reddendas adigitur.
- b) Apud CHIRISTIAN. OTTONEM MTLIVM in Corpore Constitutionum Magdeburgicarum Part. III. pag. 252.
- c) Ad Ius Lubecense Part. II. Tit. II. Art. VIII. num. XXV. et seqq. Licet per ambages demonstret, quod breuius sequentem in modum fieri potuisset. Ita enim verba huius Articuli sunt: *Haben Mann und Weib Kinder mit einander, und werden sich alle in den Ehestand begeben, stirbet der Mann, die Frau bleibe BESITZEN in allen Gütern, sie mag aber derselben keine weder verkauffen, versetzen, noch vergeben ohne der Erben Erlaubniß, es wäre dann, daß sie derselben bedürffte zu Unterhaltung ihres Leibes, welches sie zuvorn Eydlich erhalten muß. Will sie sich aber anderweit verehelichen, oder in ein Closter und Gotteshaus einkauffen, so muß sie mit den Kindern theilen. Iam autem notum est, in Germania Besitz, Beyſitz, Beyſeß vſumfructum inuoluere.* Vid. HARPRECHT. de Vſu fructu ſtatutario materno Disp. I. §. III. et seqq. p. 3. et seqq.

R

CAP. IV.

C A P. IV.  
QVAENAM BONA HIC VSUSFRVCTVS  
PARENTVM AFFICIAT.

---

## §. I.

**D**e Liberorum qualitate, quorum in bonis parentibus vsusfructus tribuitur, separatis quidem agere potuissemus, sed cum per se iam pateat, liberos praesupponi legitimos, hoc est ex sponsalibus legitimis *a*), aequali matrimonio, et hodie copula accidente sacerdotali natos, sicco haec transimus pede; Statimque nos ad bona conuertimus, in quae vsusfructus cadere potest. Quum autem a nobis supra iam satis superque inculcatum fuerit, vsumfructum hunc esse effectum tutelae et communionis bonorum *b*); Non sine ratione sequens axioma nostrae doctrinae praestruimus: In quae nimirum bona tutela parentum et communio bonorum cadit, in iis etiam vsusfructus parentibus est tribendus *c*); Quas igitur inter gentes communio bonorum vniuersalis fuit, eas quoque inter vsusfructus omnium bonorum, tam patri, quam matri competiit; Quasque inter gentes

tes communio bonorum certam tantum partem affecit, inter easdem quoque vſusfructus particularis obtinuit. Quapropter in LEGIBVS GERMANORVM non eandem portionem iure vſusfructuario parentibus adsignatam inuenimus: Mox dimidiā d), mox trientem e), mox aliam ratam eapropter parentibus adscriptam, GERMANICAS LEGES perscrutatus, videbis. Sed hic nobis non tam de quantitate, quam de qualitate bonorum erit sermo, in quae vſusfructus cadere potest; Neque omnium bonorum naturam peculiari tractatione prosequuturi sumus, sed eorum tantum, quae non vbiuis locorum iam industrius sunt considerata; Nolebamus enim, vulgaria tractando, multoties acta iterum agere. Et licet ea, quae proposituri hoc capite sumus, non plane ignota sint, quum tamen plerumque ad amissim Iuris Civilis apud Doctores ea composita inueniamus, frustaneum non erit, ea, quae patria sunt, patris quoque ex fontibus deriuare.

a) Nam vbi non sponsalia sunt legitima, ibi non legitimus thorus; Sponsalia legitima consensu parentum inita vocamus. Vbi thorus non legitimus, ibi nullum mun-

R 2

mundium in liberos; Vbi non mundium in liberos, ibi non est vsusfructus. Mundium autem parentibus in liberos ex illegitimo thoro non competuisse, patet ex LEG. ALAMANNORVM cap. L. apud GOLDASTVM Scriptor. Rer. Alemannicarum Tom. II. pag. 18.

b) Supra Part. II. Cap. III. §. I.

c) Obseruauit hoc iam ante me MEVIVS ad Ius Lubecense Part. II. Tit. II. Art. VIII. Addit. I.

d) Vid. STATUT. MINDENS. Lib. II. Art. XVI.

e) Vid. LEG. RIPVARIORVM Tit. XXXVII. §. II. apud LINDENBROGIVM in Codice Legum antiquarum pag. 457. Et in CAPITVLARIBVS Lib. IV. §. IX. Apud BALVZIVM Tom. I. pag. 776. Idem ex LEGIBVS BVRGUNDIONVM Tit. XLII. §. II. apud LINDENBROGIVM in Codice Legum antiquarum p. 283. clucescit.

### §. II.

De bonis aduentitiis, siue acquisita, siue hereditaria sint, siue mobilia, siue immobilia, iam alii ante me egerunt a); Quapropter hoc paragrapho quaestio nobis tantum decidenda erit, num in feudis parentibus vsusfructus competit? Communem si Doctorum opinionem consulimus, statim responsio in promtu est, nec patri, nec matri usumfructum in feudo tribuendum esse b), quorum argumenta pene haec sunt: Pater vi patriae potestatis usumfructum habet, quae tamen ad peculium castrense, et quasifastrense extenderenda

denda non est, ergo nec ad feudum, quod scilicet ad peculium castrense omnino referendum esset. Cum vero GERMANI tam subtilem peculiorum distinctionem nullibi fecerint, ceu apud ROMANOS factum fuit; Praetereaque feuda originem mere GERMANICAM agnoscant, et perinde etiam ex iuribus patriis diiudicanda sint, non video, cur statim ad iura Romana citra necessitatem recurere velimus, paullo altius potius, ut huius quaestzionis decisionem repetamus, necesse est. Antiquioribus autem temporibus in feudis parentibus hunc usumfructum competitisse, vix mihi persuadere possum. Quum enim peculiare Ius Dominorum esset, Vasallos minorennes tutela regere, in domo sua educare, et fructus feudi exinde percipere  $\alpha$ ); Praeterea quoque ad communionem bonorum feuda non spectauerint  $\alpha$ ), non video, qua ratione antiquitus patri, siue matri, in feudo fructus tribui potuerint. Quum vero deinde Domini incommoda haec tam frequentium tutelarum amplius sufferre recusarent, proximis agnatis curam pupillorum, pro emolumento ususfructus in feudo

R 3

deman-

demandabant. Quis autem liberis iam proximi-  
mior erat parentibus? Quae tutela maiorem  
fauorem prae se ferebat parentalii? Non igi-  
tur Germani amplius dubitabant, tam pa-  
trem, quam matrem in feudo ad tutelam, et  
per consequentiam ad usumfructum admit-  
tere. Quae principia et hodie, tam pri-  
uatos inter, quam personas illustres trium-  
phant. Licet pragmatici ex eo hanc the-  
sin demonstrare conentur, quod tutor non  
rebus, sed personae detur; Quae sane iure  
Germanico exulant.

a) Vid, HARPRECHTV M de usumfructu statutario materno  
Disput. I. §. XX. et seqq. pag. 38. et seqq. In his etiam  
bonis omnibus usumfructum, tam patri, quam matri  
competere, testatur Illustris ESTOR im 3ten Bande de-  
rer kleinen Schriften pag. 425. et seqq.

b) Vide modo SCHRADERVM Tractatu Feudali Part. X.  
Sect. XVII. num. XLI. ibique allegatos Doctores.  
ROSENTHAL de Feudis Cap. VII. Conclus. XIV.  
num. XXV. et seqq. Quibus accedit HARPRECHTV S  
ad Lib. II. Tit. IV. Instit. num. XXX. et seqq. Tom. II.  
pag. 419.

c) IVS FEVDALE SAXONICVM cap. XXVI. Der Herr  
soll auch ster des Kindes Vormunde seyn an dem Gute, das  
das Kind von ihm hat, darum, daß er das Angefelle, so  
an das Kind stirbet zu verliehren (verliehen) hat, und  
soll die Gelder und Nützung aufheben bis das Kind zu  
seinen Jahren kommt. Vid. SCHILTERVM in Comment.  
ad

ad Ius Feudale Alemannicum cap. XLIX, et LV. pag. 278.  
et 296. ad THOMAM CRAGIVM de Iure Feudali lib. II.  
cap. XIX. et XX. pag. 287. prouocantem.

- b) Vid. LAMBERT. GORIS in *Aduersi. Iur. Tract. I. Cap. I.*  
§. XXXIII. pag. m. 12. Idem testantur ANTONIVS  
GABRIEL Conclusionum Lib. VI. de Regulis Iuris Con-  
cluſ. XII. n. XV. XXII. et XXIII. Ut et FRIDERICVS  
A SANDE ad *Consuetudines Feudales Gelriae Tract. II.*  
Tit. II. cap. III. pag. 312.

### §. III.

Neque nobis antiquiora, neque nouiora exempla desunt, matrem in feudis tutricem fuisse, et perinde vsumfructum ex feudo percepisse; Quid enim impedit, quominus ei, qui cauſam habet, et effectum tribuamus? Ex Seculo XIV. nobis exemplum subministrat SCHILTERVS a): *Wir Ruprecht etc. Solich Leben als Iohan von Erampurg ſelige von uns gehabt hat, mit Namen den Hoff an dem Dorffe zu Langescheid gelegen gen E. über, des hat uns gebeten Virturtel daffelben Ioh. Wittwe das wir iren Kinden die derselbe Iohan mit ir gelassen hat, und auch den Kindern damit ſie itzunt get, ob ſie die gewinnet diefelben Leben liben wolten, und ir an derselben Kinder ſtat in truwen Handen zu tragen bis das ſie zu iren Tagen kommen, des han wir durch ire flißige Bete willen, dencſelben Kindern die obgen Guter zu rech- ten*

ten Manlehen verlühnen, und verlichen, in die mit Craft diß Briefs was wir yn von Rechtswegen daran liben sollen, das sie als lange sie unverändert blipt, yn die in truwen Handen tragen sol, bis das sie zu iren Tagen kommen. Mit Bebelniß unser Manschafft und unser und unser Mamme recht daran, als recht ist: ane alle Geverde. etc. Aliud quoque exemplum circa finem seculi XIV. nobis dedit idem SCHILTERVS b) de MARGARITA, WILHELMI COMITIS DE EBERSTEIN vidua. Iterum aliud exemplum ex Seculo XIII. de HELENAE BRVNSVICENSIS tutela in ALBERTVM II. ELECTOREM SAXONIAE nobis suppeditat Illustris Cancellarius PETRVS A LVEDWIG c). Neque nouioribus ex temporibus exempla desunt. Integrum eorum catalogum nobis communicauit Illustris ille CAMERAE IMPERIALIS ADSESSOR HVLDERICVS ab EVBEN d). Nouissimumque exemplum habemus in ELEONORA PRINCIPISSA MANNSFELDENSI, quae fructuariam tutelam Serenissimi filii sui, HENRICI PRINCIPIS AC COMITIS MANNSFELDENSI gescit in feudis e).

e) De

- a) *De Inuestitura Simultanea Principum Imperii Cap. II.*  
 §. IV. Quae dissertatio *Commentario ad Ius Feudale Ale-*  
*mannicum adiecta est. p. m. 321.*
- b) Cit. loc. pag. 522.
- c) *Differentiis Iuris Romani et Germanici in Tutela Materna*  
*Differentia I. not. bb.*
- d) *In Electis de Tutela foeminea pag. m. 350.*
- e) Duravit haec tutela, quam vna cum memorata Sere-  
 nissima matre REGES POTENTISSIMI, FRIDERICVS  
 AVGVSTVS REX POLONIAE AC ELECTOR SAXO-  
 NIAE, et FRIDERICVS WILHELMVS REX BORVS-  
 SIAE et ELECTOR BRANDENBURGICVS suscep-  
 re, ad annum vsque MDCCXXXIV.

## §. IV.

Haec, vti supra ex principiis deducta vi-  
 dimus, ita quoque in legibus ipsis stabilita in-  
 uenimus. Praeprimis autem nostra cum in-  
 tentione CONSVETVDINES GALICAЕ fa-  
 ciunt. Quod CONSVETVDINES BVRGVN-  
 DICAS attinet, ingenue quidem fateor, me  
 textum expressum, quo patri, siue matri vſus-  
 fructus in feudo tributus fuerit, nondum re-  
 perisse; Ast quid impedit argumento ha-  
 rum Consuetudinum, pluribus textibus in  
 vnum collectis, concludere. Nam primo  
 textus, qui patri, matriue tutelam fructua-  
 riā concedebant, generalibus verbis vſum-  
 fructum omnium bonorum enunciabant a);

S

No-

Nostrum autem non est, lege non excipiente, exceptionem facere. Deinde quoque sequentem in modum facile demonstrari potest, CONSVETVDINIBVS BVRGVNDICIS vsumfructum ad parentes, tutelam liberorum suorum in feudo gerentes spectare: Tam pater *b*), quam mater *c*), omnibus reliquis in tutela liberorum suorum, absque respectu ad bona, praeferebantur; Tutela haec autem fructuaria erat *d*); Quis igitur dubitat, CONSVETVDINIBVS BVRGVNDICIS tam patris, quam matris tutelam esse fructuarium? Praeprimis, cum in DVCATV BVRGVNDIAE successio in feudis allodiali successioni aequiparata fuerit *e*). Hoc tamen ita intelligas, nimirum parentibus vsumfructum tunc tribuendum esse, si feudum intra annum et diem a Domino directo recognoscant *f*); Idem de CONSVETVDINIBVS TVRONENSIBVS eodem modo probare possem, sed hoc iam luculenter testatur SAINSONIVS *g*); Neque aliud de AVRELIANENSIBVS, et BITVRICENSIBVS, aliarumque prouinciarum GALLICARVM CONSVETVDINIBVS valet, dum ratio de exaequatione successoris feudalis et allodia-  
lis,

lis, quam paullo ante attulimus, a CHASSENAEO b) ad vniuersam GALLIAM extenda-  
tur. Hoc tamen, tanquam peculiare quid-  
piam ex IVRE ANGLICANO adnotare sub  
finem huius paragraphi liceat, quod nimurum  
pater quidem materue ad tutelam fructua-  
riam in feudo admitantur, hoc tamen cum  
discrimine: Si feudum paternum sit, tutela  
fructuaria ad matrem, si maternum, ius per-  
cipiendorum fructuum ad patrem spectat i).

a) Supra Part. II. Cap. III. §. IV.

b) Part. II. Cap. I. §. VII.

c) Part. II. Cap. II. §. III.

d) Part. II. Cap. III. §. IV.

e) CONSVETVDINES BVRGVNDICAE Rubr. III. §. V.

Apud CHASSENAEV M pag. 415. En choses feodales,  
et mouuant du fied, les heritiers ab intestat peuvent suc-  
ceder comme en autres choses, et prendre la possession des-  
dictes choses feodales sans consentement des Seigneurs du-  
dit fied: et sans danger, excepté les Religieux. Au  
regard desquels la chose demeure a la disposition du  
droict escrit.

f) CONSVETVDINES BVRGVNDICAE Rubr. III. §. II.

apud CHASSENAEV M pag. 389. Et entant que touche  
les pupilles, leurs tuteurs seront tenuz de faire recognoissan-  
ce de la chose feodale au Seigneur du fied dedans le terme  
d'un an, sans estre tenu de faire hommage et serment de  
feauoir: autrement ledict an passé, le Seigneur du fied  
pourra mettre en sa main la chose de son fied, et faire  
les fruits siens, pour faute de ladiete recognoissance.

S 2

g) Ad

g) Ad CONSVENTDINES TURONENSES Tit. XIII.

Art. XVI. pag. 81.

h) Ad CONSVENTDINES BVRGVNDICAS pag. 943.

vbi inquit: Pro secunda limitatione die item si per consuetudinem fiat, quod in feudo succedebant adscendentes: Quia poterunt succedere prout est in hac patria Ducatus Burgundiae, et in tota Gallia; in qua, quod successionem feuda sunt redacta ad instar patrimonialium.

i) COWELLYS Institutionib. Iuris Anglicani Lib. I. Tit. XV.

pag. 29. Vbi inquit: Si enim quis in Socagio feudum tenens moriatur, proximus haeres, sive filius, sive filia, sive quisunque modo impubes sit in custodiā proximi propinquii incidit ex illo latere, quo haereditas minime descendit. Exempli gratia, si feudum per patrem peruerterit, tum mater, aut ea moriua, proximus cognatus inioris custos sit: Si per matrem, tunc proximus agnatus. Quod vero haec tutela apud ANGLOS fructuaria sit, patet ex EODEM cit. loc. Lib. II. Tit. IV. §. I. pag. 92.

### §. V.

Antiquissimum Institutum Germanicum est a) rerum expeditoriarum (*das Heer-Gewette*), et utensilium (*die Gerade*); Non igitur inutile erit, quaestione mouere, num parentibus etiam in rebus expeditoriis et utensilibus ususfructus sit tribuendus? Quod adstruere non vereor. Quum enim, ut supra audiuius b), fructuum perceptio ex tutela parentum omnia bona, propter generalitatem textuum afficiat, quid impedit, etiam in rebus

rebus expeditoriis et utensilibus parentibus  
idem ius vsusfructus tribuere? Neque aliud  
in praxi receptum videmus. Quapropter  
FACULTAS VITEMBERGENSIS Mense Augu-  
sto Anno MDCCVII. pro usufructu in rebus  
Gericis patri competente pronunciauit c);  
Vbi quoque communis obiectio, quod patri  
usufructus in rebus geradicis competere  
non posset, ob id, quod patri nullum ius suc-  
cedendi in Gerada detur, remota est. Sed  
hoc responsum duplici adhuc modo exten-  
dere liceat, primo ad res expeditorias, deinde  
ad usumfructum maternum. Nam cum  
in Germania idem ius matri in liberos ac pa-  
tri, eademque tutela sit d), et perinde idem  
ius percipientorum fructuum e), non sine  
ratione IURE GERMANICO etiam in rebus  
expeditoriis matri usumfructum tribuimus;  
Praeprimis, quum passim apud DOCTORES  
SAXONICOS res expeditoriae et utensiles eius-  
dem naturae censeantur f). Haec de utensili-  
bus et expeditoriis sufficient. Ne autem nimis  
benevolum lectorem moremur, unico adhuc  
tantum paragrapho, de partibus metallicis, et  
usufructu ex retractu pauca sumus allaturi.

S 3

a) Me-

a) Merito antiquissimum Germanorum institutum hoc  
nominō, quum iam circa Seculum V. vestigia rerum  
expeditioriarum, et vniuersitatem inueniamus. Nam de  
tē illis iam LEX ANGLORVM et WERINORVM Tit. VI.  
§. V. disponit apud LINDENBROGIVM Cod. LL. Anti-  
quarum pag. 484. Ad quemcunque hereditās terrae per-  
generit, ad illum vēsūs bellīcā, id est lorica et ultio  
proximi, et solutio leudis, debet pertinere. Si plura de  
LEGIBVS ANGLORVM et WERINORVM legere cu-  
pis, adeas capropter HERTIVM in Notit. vet. Germ.  
Popul. Part. II. cap. II. §. III. et CONRINGIVM de Ori-  
gine Juris Germanici cap. XIII.

b) Supra Part. II. Cap. IV. §. IV.

c) BERGERVS in Supplementis Disceptationum forensium  
Part. II. pag. 1155. et in Oeconomia Juris pag. 318.

d) Supra Part. II. Cap. II. §. I. et seqq.

e) Supra Part. II. Cap. III.

f) Vid. CARPOVIVM Part. III. Constitut. XI. Def. IX.  
et Part. III. Constitut XIV. Def. XXVI.

### §. VI.

Idem de parentum usufructu in partibus  
metallicis adstruere haut dubito; Nisi in  
specie in Legibus prouincialibus usufructus  
parentum in iis prohibitus sit. Ita in SAXO-  
NIA ELECTORALI parentibus fructus ex par-  
tibus metallicis tribui non possunt, quum  
ibi non pro fructibus renascentibus, sed pro  
rebus mobilibus habeantur a): So sollen die-  
selben nicht vor fructus renascentes und wachsen-  
den

den Früchten gleich, welche von unbeweglichen Gütern iehrlich zu fallen pflegen, sondern vor solche bewegliche Güter, so dem Weibe sonst in der Ehe zu kommen gehalten werden. Aliter tamen res habet cum fructibus ex prouentibus partium metallicarum, in quibus parentibus omnino vſusfructus, etiam in SAXONIA, tribuendus est b). Difficilior autem quaestio est, an parentibus in bonis liberorum ex retractu vſusfructus competit? Illi qui negatiuam tuentur sententiam, parentibusque vſumfructum in bonis liberorum ex retractu auferre intendunt, sequentia plerumque struunt argumenta. I.) Difficulter casum existitur fore, quo liberis ius retractus concedendum sit c). II.) Filium, si casus continat, non ceu filium, sed tanquam agnatum retrahere, perinde parentibus vſumfructum non esse tribuendum d). III.) Nullibi patri vſumfructum tribui in peculio, et bonis iniuritis parentibus acquisitis e). Attamen haec omnia, licet magnam veritatis speciem praese ferant, me non mouent, in contrariam potius partem abeuntem. Nam quod I.) attinet, non sequitur, quod raro accidit, impossibile

sup



sibile est; Praeterea quoque quorundam bonorum natura, et leges quorundam locorum, ubi liberi non simpliciter facta parentum praestare tenentur, suadent omnino ibi liberis ius retractus tribuere f). Quapropter etiam tam caute antiquitus in bonis hereditariis filiorum consensum adhibuerunt g); Liberiisque saepius, quorum consensus omis-sus in alienatione fuit, ius reuocandi et re-tractum exercuerunt. Quemadmodum ex exemplo FRIDERICI ADMORSI, sive fra-tris DICEMANNI, bona, a patre ALBERTO DEGENERE absque eorum consensu alienata, reuocantium, in aprico est h). II.) Quod tangit argumentum, inficias ire nolo, filium tanquam agnatum retrahere; Sed hoc ad acquisitionem non vero ad possessionem pertinet; Quumque filius semel bona acqui-sita habeat, neque in illa lege a tutela fructua-ria sint exenta, parentibus quoque, hoc non obstante, ususfructus in iis competere, neque hoc ius fictio illa Iureconsultorum impedire potest i). III.) Argumentum Ro-manum est, quumque retractus originis me-re germanicae sit k), secundum iura quo-que

que patria est dijudicandus. Haec me mouerunt, etiam in retractu parentibus vsum-fructum tribuere.

- a) Part. III. Constitut. XXV. §. Wenn aber et BERGERVS in *Oeconomia Iuris* pag. 320. num. VI.
- b) CARPZOV. Part. III. Conſt. XXV. Def. V. num. I. et II.
- c) Quam diſſiculter filius ad retractum admittendus fit, late iam deduxit Illustr. LTNCKERVS *Responſo* XI.
- d) Quod quoque ſolide deduxerunt CARPZOVIVS Part. II. Conſtit. XXXI. Def. X. et ſeqq. et BOERIVS Decisione XII. num. IV. et Decisione CXXXVIII. in fin.
- e) Supra Part. I. Cap. II. §. VI.
- f) Quod tam de Allodiis, quam de Feudis deduxit SCHILTERVS noſter in *Commentario ad Ius Feudale Alemanni* cum Cap. LXIV. §. V. et VI. pag. 328. et 329.
- g) Exemplum de FRIDERICO III. COMITE BEICHLINGO, bona quaedam Coenobio KELBERANO cum conſensu filii ſui concedente, ex LEVCKFELDO eleganter prosequitur Illustr. LETSERVS *Specimine CXCIIII.* Meditat. I. Vol. III. pag. 460. et 461.
- h) HISTORIA LANDGRAFIATVS THVRINGIAE cap. LXXX. Anno Domini MCCCVI. ciuitas Yſenach, et quaeſadam ciuitates in Thuringia, quae propter contrac-tum, factum per ALBERTVM LANDGRAFIVM et ADOLFVM, ſe Regno Romano per foedus et iuriurandum ſeu homagium ſubdiderunt; Infestatae a filiis Marchionis boſtiliter et frequenter, qui totam terram Thuringiae petiuerat tanquam hereditatem paternam, et auxilium regis poſtulabant et conſilium pluribus literis et Ambafiatoribus. Tandem Rex ALBERTVS, veniens in Fuldam cum multis principibus ibidem vocatis, ibi ALBERTVM Landgrafum Thuringiae de emione terrae  
T Thu-

Thuringiae pro imperio amavit; Et filiorum suorum contumacia grauiter corripuit; Quos utique compescere publice condixit, tempore sibi oportuno: Sicut et postea fecit, mittendo aliquos capitaneos in Thuringiam, qui multa mala terrae intulerunt.

i) Vide TIRAQVELLVM de Retractu §. I. Gloss. IX. n. LIX.  
LXX. vsque ad LXXVI.

k) Quod Illustris LETSERVS pari iudicio et elegantiæ docet Specimine CXCII. Medit. I.

CAP. V.  
DE  
MODIS QVIBVS VSUSFRVCTVS  
PARENTVM FINITVR.

§. I.

**Q**UVM supra iam paucis dederimus modos, quibus tutela parentum in Germania finitur <sup>a)</sup>), quid amplius concludere impedit, iisdem modis et usumfructum definire, quos iam uno alteroque paragrapho, temporis parcendi caussa, quantum fieri potest breuiter, sumus proseguunturi. Supra iam audiuiimus, per separatam oeconomiam, aetatem perfectiorem cum liberi attigerint, parentum tutelam desinere; Idem nobis toties repetita voce LEGES GERMANICAE inculcant.

cant. LEGIBVS WISIGOTHORVM b) Liberis, propria quadra viuere inchoantibus, pater bessem bonorum maternorum restituere cogebatur, retento Triente vsufructuario iure, si non secundas captauerit nuptias; Qui vero secundas aduolabat nuptias, integra bona materna liberis reddere tenebatur. De IVRE PROVINCIALI SAXONICO c) quoque parentes adstringuntur, liberis ad legitimam aetatem peruenientibus, ad diuisionemque prouocantibus, bona eorum, siue pater, siue mater tutelam gesserit, restituere. Neque aliud inuenimus in CONSVETVDINIBVS GAL-  
 LICIS d); Hoc tamen notandum, separatam hanc oeconomiam in filiabus vt plurimum per nuptias contigisse, in potestatem enim seu mundium mariti transibant; Ut non im-  
 merito dicamus, vsumfructum parentum in bonis filiarum plerumque per nuptias fuisse finitum. Quod etiam de filia intelligendum est, quae ante legitimum aetatis annorum numerum viro nubit, nam et haec ex parentum tutela transit e), et perinde vsufructui finis imponitur. Ita est secundum IUS LEO-  
 DIENSE; Neque dubium est, aliis in locis f)  
 nuptiis  
 T 2

nuptiis vsumfructum finiri. Ita de GALLIA, ITALIA, HISPANIA, BVRGVNDIA, ANGLIA, REGNO CASTELLAE, NEAPOLI, BELGIO, VNIVERSA GERMANIA, FRISIA, aliisque locis testatur Illustris quondam CAMERAE IMPERIALIS ADSESSOR HVLDERICVS AB EVBEN <sup>g)</sup>, ibique allegati Doctores.

<sup>a)</sup> Supra Part. II. Cap. II. §. vii.

<sup>b)</sup> Lib. IV. Tit. II. Cap. XIII. apud LINDENBROGIVM Cod. LL. Antiquar. pag. 81. Cum vero filius duxerit uxorem, aut filia marium acceperit, statim a pare de rebus maternis suam accipiat portionem: Ita, ut vsumfructuario iure, patri tertia pars praedictae portionis relinquatur. Pater autem tam filio, quam filiae, cum XX. annos aetatis impleverint, medianam ex eadem, quam unumquemque contigerit, de rebus maternis restituat portionem, etiamque nullis nuptiis fuerint copulati. Medietatem vero, dum aduixerit, pater sibi vindicet, filiis post obitum relinquendam. Qui autem nouercam superduxerit, omnes facultates maternas filiis mox reformat; Ne, dum filii cum rebus suis ad domum transiunt alienam, nouercae suae vexentur iniuriis.

<sup>c)</sup> Lib. I. Art. XI. Textum ipsum iam supra inseruimus Part. II. Cap. III. §. VII.

<sup>d)</sup> Vide supra allegatos textus, qui omnes fructuum perceptionem usque ad legitimam aetatem restrinquent.

<sup>e)</sup> Vid. CAROLVM de MEAN in Observacionibus rerum iudicatarum ad Ius civile Leodiensem Obs. DCLXXXVIII. Part. V. pag. 339.

<sup>f)</sup> Apud KLOCKIVM Vol. II. Conf. LXXXIII. num. LXXXI.

LXXXI. pag. 673. vbi testatur, hoc ius in LVSITANIA  
obtinere.

g) Ad *Institutiones* Disquisitione III. Obs. XII. pag. 26.

### §. II.

Quumque tutela parentum etiam nuptiis secundis desierit *a*), consequens est, etiam vsumfructum secundis finitum fuisse nuptiis; Quibuscum LEX WISIGOTHORVM *b*) curate conuenit; Quaeque et CONSVETVDINES GALLIAE agnouerunt, ut CONSVETVDINES BITVRICENSES *c*), AVRELIANENSES *d*), TVRONENSES *e*). E contrario, quod peculiare quidpiam est, mater secundum CONSVETVDINES BVRGVNDICAS *f*), secundis nuptiis neque tutelam, neque administracionem rerum pupillarium perdit, quod sane contra principia et odium commune GERMANORVM in secundas nuptias est. Verum STATVTIS STADENSIBVS *g*) mater bona cum liberis diuidere obligata est, et perinde tutelam vsumfructumque amittit; Hoc tamen singulare quoddam est, quod et patet ad secundum thorum conuolans, secundum haec statuta cum liberis diuidere cogatur *b*).

T 3

*a*) Supra

- a) Supra Part. II. Cap. II. §. vlt.
- b) Lib. IV. Tit. II. Cap. XIV. Apud LINDENBROGIVM Cod. LL. Antiquar. pag. 81. *Quodsi mater ad alias nuptias forte transferit, ex ea die usufructuarium portio- nem, quam de bonis mariti fuerat consecuta, filii inter reliquas res paternas, qui ex eo nati sunt coniugio, vin- dicabunt. Quod repetitum legimus in LEGE BAIV- VARIORVM Tit. XIV. Cap. VII. §. I. Apud LINDEN- BROGIVM pag. 429.*
- c) Tit. I. §. VI. BOERIVS pag. 14. *Et apres le deces de son pere appartient a sa mere DURANT SA VIDVITE SEULEMENT.*
- d) Tit. I. §. XXXII. ANGLEBERMAEVIS pag. 20. *Se- cundis autem nuptiis allegatae matri suorum tutela mini- me tradenda est.*
- e) Tit. XXXII. Art. III. SAINSONIVS pag. 220. *Et la quelle tutelle naturelle ladie mere peri, si elle se remarie.*
- f) Rubr. VI. §. VIII. CHASSENAEVIS pag. 840. *La fem- me est baliste, administratreffe, ou iutrice de ses enfans, quand elle se marie apres le trepas de son mari, ne pert point ladie balisterie, administration or tutelle de ses en- fans à elle demeurez de son mari trespassé.*
- g) Part. II. §. XVIII. Apud Illustrēm SENCKENBER- GIVM seleclis Iuris et Historiarum Tom. VI. pag. 311. *Nimt ein Wedewe de Kinder heft enen Man. unde thut aver Kinder bi deseme Manne. unde woleme dat Gut delen. so scāl de Man sin dat he to der Vrouwen brachte nemen sunder Scult. unde scāl sich to sime Güde then. also ein Stat- Recht is. so scāl men van deine menen Güde de Scult ghel- den. sunt scāl de Vrouwe hebben dat drudden Deil. unde de ersten Kindere de dwe Deil. och ne doruen de ersten Kin- dere nicht gheden Brut-Cledbere unde Brut-Lacht etc.*
- h) Part. III. §. VII. Illustr. SENCKENBERGIVS loc. cit. pag. 315.

pag. 315. So welc Man delen wil wedher sine Kindere dhenen Wif ne hebbet, ofte dbe Kindere under em sulven. dhat mogen se wol don vor twen Ratmannen. Mer nen Wedewere ne mach delen mit sinen Kinderen. Na dhar iibt dhat be Wif nint. be ne do dhat to wettende siner Kindere Vrinde. unde dele dhenne mit en to rechte. und dhat sulve scil don de Wedewe.

## §. III.

Quumque per supra data et Banniti omnia iura perdant, et per consequentiam quoque tutelam liberorum suorum *a*); Nullum dubium est, etiam usumfructum parentum in bonis liberorum per bannum ab imperio perire. Vnicum tantum coronidis loco, ut adhuc adnotemus necesse est: Etiam ob alimenta liberis denegata usumfructum parentum desinere; Quapropter etiam pater minus recte tutelam gerens, aut liberos ad egestatem perducens, aut illis alimenta necessaria non praebens, usumfructu in bonis liberorum merito priuatur, retenta licet in liberos parentalii potestate *b*). De matre nullum plane dubium est idem obtinere *c*). Mirum in modum cum his concordant CONSVTVDINES GALLICAE; Si enim textus, supra passim huic tractationi insertos, inspicere

cere tibi volupe est, vbique inuenies, tam patri, quam matri vsumfructum pro tutela in liberos suos tribui hac lege, vt liberos inde alant, oneraque hereditaria ferant. Haec sunt quae circa vsumfructum parentum monenda nobis veniebant. Non omnino, quae dici poterant, sed quae angustia paginae permittebat, protulimus. Futura vero, Deo sinente, forte dabunt maturiora.

a) Supra Part. II. Cap. II. §. vlt.

b) RICHTERVS *Decisione XVIII. n. XXV.* pag. 115.

c) Idem RICHTERVS cit. loc. num. XI. pag. 113. et in *Consiliis Volum. I. Part. IV. num. XXIII.*

*SOLI DEO GLORIA.*





21  
O FREUND! den Tugend, Witz, Vernunfft  
und Vaterland  
Und unverfaßte Treu schon längst mit  
mir verband!

Du suchst durch Kunst und Fleiß DEIN würdig  
Lob zu mehren,

DEIN muntrer Fuß ersteigt die steile Bahn der  
Ehren;

So fodert ja die Pflicht den treuen Wunsch von mir,  
Ich bin bereit dazu; allein was wünsch ich DIR  
MEIN FREUND! ich wünsche nichts. Dem kann  
kein Glück entstehen,  
Dem Tugend und Verdienst durch eignen Wehrz  
erhöhen.

Hiemit empfiehlet sich

B. G. v. WICKEDE.

V

DU

\* \* \*

**D**u! DEN Verstand und Witz, der Abnen  
Schmuck erheben,  
DEM Wissenschaft und Fleiß schon Ehren-Kleider  
weben:

DU, DEM das Vaterland vergnügt entgegen sieht  
Und voller Hoffnung sich zum voraus schon bemüht,  
Sich seiner Schuldigkeit mit Freuden zu entbinden  
Und den verdienten Krantz um DEINEN Schlaf  
zu winden,


Du zeigest öffentlich die Früchte DEINER Mühs  
Saline harrt, und prüft, steht und bewundert sie.  
Man harrt die Musen-Schaar die ungemeine Proben  
Von DEINEM mun trem Geist mit Grund der  
Wahrheit loben.

Drum schreibt mein matter Kiel, was längstens  
überal  
Von Bergen rückwerts schallt: ES BLÜHE  
NEUENDAHL.

I. L. H. BÜNSOW.  
OPPONENS.







**ULB Halle**

005 039 770

3





Pri.30. Num.6

DISSESSATIO IVRIDICA

DE  
VSVSFRVCTVS PARENTVM  
IN BONIS LIBERORVM  
TAM DE IVRE ROMANE  
QVAM GERMANICO GENVINO  
FVNDAMENTO

QVAM  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPĒ AC DOMINO  
DOMINO

ERNESTO AVGVSTO  
DVCE SAXONIAE IULIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE  
ET WESTPHALIAE RELIQUA  
SVMMO TOTIVS CAESAREI EQVITATVS PRAEFECTO  
ITIDEM EQUESTRIS PARITER ATQVE PEDESTRIS LEGIONIS  
TRIBVNO CAESAREO  
DOMINO NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO

EX CONSENSV  
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
PRAESIDE  
CAROLO ADOLPHO BRAVNIO

I. V. D.

ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIT  
AVCTOR ET RESPONDENS  
CASPAR GEORGIVS NEVENDAHL

EQVES MEGAPOLITANVS

AD DIEM MENS. APRILIS AN. MDCC XLIII.

IENAE LITTERIS IO. FRIDERICI RITTERI



Farbkarte #13

	B.I.G.
Black	
White	
3/Color	
Magenta	
Red	
Yellow	
Green	
Cyan	
Blue	

